

AD REVERENDISSIMVM IN  
CHRISTO PATREM ET DOMI  
NVM DOMINVM RODERICVM  
BORIA EPISCOPVM PORTVEN  
SEM: SACROSANCTE RO. ECC.  
CARDINALEM AC VICECAN  
CELLARIVM DIGNISSIMVM.

Tractatus de Cardinaliū excellētia & dig  
nitate: ac de officio Vicecancellarii: p Gun  
dissaluum de Villadiego utriusq; iuris do  
ctorem: & Sacri palacii Causarum aposto  
lici Auditorē editus. Incipit fœliciter.

VERENTI MIHI  
Quid ad te Reueren  
dissime pater & dñe  
(Qui Cardinalatus  
insula non immerito  
decoraris: ac integer  
rime Vicecancellaria  
tus officio fungeris) potissimum scriberē:  
In mentē uenit paucis quid unius dignita  
ti: quid officio alterius cōueniat succincte  
referare. Teneor etenim: Tū natione: Tū  
munificētia erga me tua qua me decorasti  
Tū accurata cura: qua me (ut res indicat)  
ampliare dignatus es. Longe ocius procul  
dubio desiderio huic meo fecissem satis: ni  
id frequens exagitationū occupatio facere  
recusaret. Tandem Tantilum oīi nactus  
sum ut hoc tibi litteraz̄ dederim. Hoc igi  
tur a me munusculū (quod tamen tanti ē:  
q̄t̄ tu feceris) suscipias foueasq; rogo atq;  
obsecro. Et quoniā operis breuitas magis  
allicet ad legēdum: & nihil ita absq; labo  
re manifestam facit ueritatem: q̄ breuis &  
pura narratio: rusticiq; sunt qui garrulita  
tem putant auctoritatē: & ne cōtra doctri  
nam philosophi plura sint extra opera q̄  
opera. Quod illis cōtingit qui a principa  
li themate diuertentes: ut lōgos faciant cō  
mentarios: per arrupta uerborū in precipi  
tium deueniunt: & quoniā iuxta sapientis  
uocem: in multiloquio peccatū nō deerit:  
succingā sermonē q̄potero. De tuis deniq;  
laudibus sermonem pretermittam: quoni  
am pro tua grauitate laudatores non susti  
nes: & adulationem que leues demulcet us  
quequaq; perhorrestis ego quoq; adulato  
ris officium: histriōnum non sacerdotum  
opus esse conspicio: & pro ordine dicendo  
rum sequentem tractatum in duas princi  
pales diuidam partes. Prima erit de Cardi  
nalibus. Secunda uero de officio Vicecan  
cellarii. Et pro prime particule expeditiōe  
occurrit prima questio.

Vnde habuit originem Cardinala  
tus dignitas.

D quod dicendū uide: q̄ figurali  
ter habuit ortū ab institutiōe diui  
na: per id quod scribitur deutro. xvii. ubi  
dñs precepit: quid si difficile uel ambigu  
um fuisset: inter sanguinem & sanguinem  
causam & causam & iudicium inter portas  
uariaret recurreretur ad iudicem qui p tpe  
esset: & ad sacerdotes Leuitici generis q̄ iu  
dicarent ueritatem. Constat aut̄ per iudicē  
illum Romanum Pōfificem: & per Sacer  
dotes Leuitici generis Cardinales prefigu  
rari: ut pulchre deducit tex. in.c.p uenera  
bilem. §. rationibus. qui fi. sunt legi. Hoc  
idem etiam fuit pfiguratū exo. xviii. ubi p  
eo quod Moyses solus non sufficiebat per  
se populum domini iudicare precepit illi  
dominus ut eligeret sexaginta uiros ex is  
rahel: qui cooperatores ei in gubernatiōe  
populi existerēt. Que euidenter guberna  
tionem fiendam populi christiani per Ro  
manū Pontificem cum Cardinalibus exp  
mebat. Quicquid enim in ueteri lege actū  
est: prefigurabat quod postmodū in lege  
noua erat fiendum: nam ut Aplus inquit  
Omnia in figura contingebat illis: scripta  
sunt aut̄ propter nos: in quos fines seculo  
rum deuenerunt. Hoc etiā christus exem  
plariter agendum instituit: nam cum præ  
dicationis officium inchoasset: duodecim  
apostolos elegit: quos & secretorum suo  
effecit p̄ticipes: ac uite cōmunis fecit eē cō  
sortes. Officii quoq; predicationis in iude  
orum populo cooperatores: ut ex discursu  
euangelioz̄ euiderēt appetat: unde & ami  
cos eos appellauit: quia omnia quecūq; a  
patre audiuerat sibi nota fecerat: ut habeat  
Io. xv. Expressa autem institutio recitat  
fuisse facta tempore Pontiani & Marcelli:  
Ro. Pontificū ppter baptismā & sepultu  
ras mortuorum: ut refert Archi. in.c. ubi  
periculum. de elec. li. vi. & do. Card. in cle  
ne romani. §. porro. eo. titu. & referunt ex  
cronica Martini hoc habuisse. Hoc etiam  
confirmatur p ea que no. Oldr. cōsi. lxiii.  
ubi dicit q̄ eo tpe quo Cōstantinus fecit  
donationem ecclesiæ Romane in personā  
Siluestri non erant Cardinales: quia non  
fecit mentionem de eis: sed de clericis eccl  
sie Ro. ut patet ex tex. c. cōstantinus. xcvi.  
di. Nec te deterreat q̄ ad illa opera que ho  
die ppter supbiam nostrā deiecta uident  
fuissent a pncipio Cardinales instituti: nā  
ad hec & huiusmodi pia opa ecclē gradus

A .i.

deus instituit. Sunt enim pietatis opera q̄ ab omnibus in extremo examine exigent ut habet mathei. xxv. & in.c. Et si illi. xii. q. ii. unicuiq; enim mādauit deus de pxio suo: nec per hoc tollit qn pncipalius suis sent instituti ad coopandum Ro. pon. in gubernatione uniuersalis ecclē: put pfiguratum erat ut ex superioribus patet: hodie tamen honor & status eorū augmentatus est ut i sequētibus eidētiis demōstrabit.

Secundo queritur de necessitate hu*ius dignitatis.*

D quod est dicendum: q̄ necessitas eius patet ex eo quia cū ro. pon. nō ex humana sed ex diuina institutiōe habeat supremam ptātem in ecclia dei: ut in.c. i.&.c. sacrosancta. xxii. di. &.c. in memoriam. &.c. ita dñs. xix. di. & ex eo tanq; ex capite aliorum omniū mēbroꝝ gubernatio pcedat: p̄ferti in arduis causis que ad hāc sanctam sedem sunt referende: ut in.c. i. de iura. cal. in prin. & in.c. maiores. de bapti. &.c. hec ē fides. xxiiii. q. i. &.c. p uenerabilē. §. rationibus. q̄ fil. sunt le. Habet etiā ex eadem diuina institutione saltē figuraliter & exemplariter ut pdiximus in articulo proxie precedenti: q̄ consultores debeat & cooperatores in pmissis sibi adiungere: in quo potissimum Cardinalium officium uersatur: ut in.c. fundamenta. §. decet. de elect. li. vi. Hoc insuper naturalis dictat ratio. Nam etiam in pticularibus negotiis p̄uata psona qcunq; que granū intellectus hēat sumit: & alios ad consilium cum rebus maioribus deliberare uult: quasi non satis sibiipsi ad discernendum confisus: ut philosophus dicit. iii. ethi. Quantomagis p̄tifex summus cui gubernatio totius ecclie est cōmissa cuiq; arduissima incubūt pagenda negotia: debet consilio attentissime operam dare: nam ad hoc habet ecclia senatum: ut in.c. ecclesia. xvi. q. i. ppter de fectum siquidem consilii. Roboam rex israhel seipm & successores maxima regni pte mulctauit: ut hētur. iii. reg. xii. & puerb. xv. Dissipantur cogitationes ubi nō sunt consilia: & ubi multa consilia multa salus: & integrū est iudicium quod plurimorū sententiis confirmatur: ut in.c. prudentiā. in pn. de of. del. &. xx. di. de quibus. nā cū plures conueniūt ad cōsulendū unusq; partem habet uirtutis ac prudentie ac siūt in unum collati quasi homo unus qui m̄tos pedes habeat multasq; manus m̄tosq;

sensus: qua propter melius iudicant multi alii enim aliud. & cuncti cuncta discernūt uerba sunt philo. iii. polit. Inde ē q̄ princi paliū & utilior ps ciuitatē est Consiliario rum cetus: magisq; necessaria q̄ iudicialis: quoniam uniuersalior est & ad plura se extendit. Vnde & illa iudices ordinatē eligen dos: & alia p̄ter hec oīa disponit: ut philo sophus dicit. i. rethor. & Romani qn̄ principatū orbis uoluerūt obtinere magnope consilio intendebant: nam fecerūt curiam sibi & quotidie consulebant trecētos uigīti consilium agentes semp de multitudine ut que digna sunt gerāt: ut hētur. i. machabeo. viii. & hoc modo se gubernantes totius orbis monarchiam obtinuerunt.

Tertio queritur de distinctiōe cardinalium.

D quod est dicēdum: q̄ tripliciter distinguitur: nam quidam sunt ep̄i ut Hostien. & Portuen. Quidam sunt p̄s byteri: ut sancte crucis in Ierusalem & Sc̄i Clementis. Quidā uero diaconi: ut sancti Angeli & sancti Eustachii: & de numero ep̄orum & prelbyterorꝝ & diaconorū Cardinaliū uide in Martinā. ubi late psequit̄ Et inter ceteros cardinales Hostien. cense tur dignior: ipse enim in generali concilio primus post papam sedet: Item & papam consecret: Impatorem inungit & uti palio. Ita no. Hosti. in.c. antiqua. de p̄uileg. Et sciendum q̄ ep̄i cardinales nō nominātur p titulum: dicendo Guillermus titu. Hostien. aut Rodericus Boria titu. Portuensis. Sed simpli ep̄s Hostien. & ep̄us Portuen. presbyteri uero cardinales nō minantur sub titulo: ut in.c. coram. de elect. & de suppl. neg. prela. c. fi. & de cleri. non resid. c. ii. de testi. licet. el. iii. & sic ubi in presbyteris non exprimitur hec dictio tituli: ut i decre. dilecto. de preben. & de appell. cōstitutus. est supplenda. & sic est de stilo curie Itaq; rescriptum aliter expeditum cēseret fallum cū deuiaret de cōi stilo curie: ut in c. q̄ graui. de cri. falsi. Solus tamē cardinal Basilice. xii. aploꝝ licet sit presbyter appellatur tñ sine adiectione tituli. ut in.c. cum olim essemus. de p̄uīl. & ibi tenet Hostiē. & in.c. apostolice. de re iu. li. vi. Diachoni uero cardinales non denominant p hanc dictionem tituli: ut patet de arbit. c. pe. de prescrip. ad audientiā. de resti. in inte. tum ex l̄ris. versiclo idē quoq; de testa. Raynal dus. versiclo dilectus. &.c. i p̄ntia. de p̄ba.

Et uidetur q̄ Cardinalis possit esse sine titulo: ut contigit in Petro de colūpna q̄ ex istens diu sine titulo: uocabat se Sancte romane ecclē Cardinalem: donec occurrente uacatione tituli Sancti angeli quē ante de positionem de eo factam obtinuerat illum denuo fuit adeptus: hec ponunt p̄ Io.an. in addi.ad Spec.ti.de libe.concept. s. Iam nunc uidendum.ver. si uero.& inoleuerat iste mos ab antiquo in ecc.Ro.q̄ in p̄motione cardinalium nunq̄ p̄mittebat defēsus: ut si quis esset ep̄s nondū cardinal' nō assumebatur in titulum presbyteralē cardinalatus: & ppter hoc constat multos tempore Bonifacii.viii.& predecessorē p̄termisso cardinales quia erant ep̄i & ep̄ales tituli non uacabant de quibus tūc summe uti liter suisset,p̄uisum ecclesie.Clemens tñ.v. hanc obseruantā imutauit: nā de ep̄is creauit presbyteros Cardinales & ita usq; ad hec tempora obseruatur:& hec cōmēdabil consuetudo int̄m est dilatata q̄ qñq̄ de solis ep̄is fit una p̄motio cardinalium pb̄orum: ut dicit Io.an. quē sequitur Domi.in c.cū aliquibus.de rescript.lib.vi.Et ppter hanc mixturam ep̄orē que ut p̄diximus ē inter cardinales qñ papa scribit ul̄ loquit̄ eis in cōi appellat illos fr̄es: qñ tñ in p̄ticulari tunc ep̄os appellat fr̄es: reliquos uero scilicet pb̄os & diaconos appellat filios: ut in.d.c.q̄ graui.ita no.gl.in.c.fundamenta.de elec.li.vi.Ex quo infer̄ q̄ magis dignum trahit ad se minus dignum: etiam si minus dignum sit in maiori quantitate q̄ magis dignum. Constat enim q̄ ep̄i Cardinales sunt tñ sex: pb̄i aut̄ & diaconi sūt in multo ampliori numero & tñ ppter illos ep̄os omnes simul appellant̄ fr̄es ut p̄dictum est: hoc etiā p̄bat text.in.c.si duo ex tribus.de offi.dele.li.vi.& ex hoc infer̄ q̄ etiam si in maiori quātate admisceatur aqua non benedicta aque benedicta: uel oleum non consecratum consecrato totum efficitur consecratū hoc tenet Domi. in.d.c.si duo ex tribus.& Pe.de anc.in.c. cum marthe.de cele.mis. Hoc tñ intellige nisi in tanta quantitate apponenter de non benedicto q̄ absorberet uirtutem benedicti: nam tunc cū absorberet substantia benedicti desineret etiam consecratio uel bñ dictio ut satis p̄batur nedum prefata rōne sed p̄ no.in.d.c.cum marthe.& hec nota p̄ extensione:c.q̄ in dubiis.in fi.de consecr. ecc.uel al. Et ex his posset inferri ad aliam questionem. An si uniuersitas est pmixta clericorum.s.& laicorē: ita q̄ maior ps est

laicorē & minor clericorū dēat iudicari ecclēstica uel secularis. De qua questione quia p̄positum nostrum non tangit non erit agendū in p̄nti: sed remitto ad glo.in c.i.de loca.& per Bart.in.l.fi.ff.de colle.il lici.& p Bal.in autē.habita.C.ne fi.p pa. & p Ab.in dispu.sua q̄ icipit.raudulphus Sed quia in hoc p̄ncipali articulo egimus de titulis cardinalium: quero quā iurisditionem obtineant cardinales in titulis suis Dicendum ad hoc: q̄ iura nō satis apte de hoc loquūtur.nam.c.his que.de maior.& obe.ubi uidetur p̄bari q̄ hñt in eis iurisditionem ep̄alem. loquitur ex spāli cōcessione pape:non aut̄ q̄ de cōi iure hoc eis cōpeteret:ita tenet ibi Inno.quod probo sic quia ut ibi appetet illa iurisdictio non trāsit p̄ totum in capl̄m cardinali mortuo ut ibi clare probatur in fi.tex.igitur nō cōpetit de iure cōi: alias enī cū sint illa iurisditionalia transirent in capl̄m se.ua. ut in.c. cum olim.eo.ti.&.in.c.unico.eo.ti.li.vi. &.c.ad abolendā.in p̄n.de hereti. Itē hoc cōfirmatur quia solus ep̄s habet de iure cōmuni ep̄alem iurisdictionem in ecclesiis ī diocesi sua constitutis:ut in.c.cum ep̄s.de offi.orde.li.vi.&.c.omnes basilice.xvi.q. i.&.c.regenda.x.q.i.Alii aut̄ tñ hñt quā tum p̄uilegiū aut p̄scriptio eis contulit:ut in.c.auditis.&.c.cū dimidio. de p̄scripti. &.c.ueniens.e.tit.&.c.pastoralis.&.c.duo simul.de offi.or(ix.q.iii.cōquestus.& hoc idem innuit aperte Inno.in.c.dilectus.de cap.mo.ubi dicit q̄ matrix eccl̄ia nullam aliam iurisdictionem nec p̄tatem exercet ī subditas nisi que a iure reperitur expressa. Cardinales aut̄ in titulis suis aliquid plus habent: dicit tñ Ioh.mo.in.d.c.unico. de maio.& obe.li.vi.papam sibi respondisse: q̄ cardinales in titulis suis hñt ep̄ale iurisdictionem & doc.cōiter stant illi assertiōis: & ita diutissime extitit obseruatum:

Quarto queritur an cardinales faciant collegium.

T fuerunt qui dixerunt q̄ non: q̄ sunt diuersi gradus & ordinis & diuersorum titulorē ut ex superioribus patet. Sed errant euidenter qui talia affirmāt: nā ante fuerunt cardinales q̄ essent aliqui tituli eis assignati:& hac cōsideratione habita qñq̄ dicunt̄ simpl̄r cardinales nulla alia tituli expresse habita mentione:ut patet.xx iii.di.In noīe dñi.&.lxxix.di.oportebat. &.c.se.cuius ergo tūc temporis dicebant̄ A.ii.

Cardinales certe nullius nisi R.o.ec. Itē & habent aliqua signa que collegiū arguūt: puta archam cōmunem quo ad seruicia cō munia:& camerarium spālem loco sindici qui oblata cōiter diuidit inter eos:que sūt signa collegii:ut probat tex.in.l.i.ff.quod cuiusq;.uni.& Inno.c.dilecta.de exce.pl. & tota die cōiter cōueniunt: unde & sacrū collegium appellat sic determinat hof.in c.ad liberandā.de iude. idem tenet glo.in cle.ne romani.de electi.Sed iuxta hoc que ro an Vicarius urbis possit cognoscere de causis subditorū titulis cardinalium:& fra ter Alua. ut refert Matheu.tenuitq; sic in cle.ne romani.de elec.sicut pōt papa:quia habet idem auditorium & p casu inducit quia non habet iurisdictionē extra urbem de offi.uica.sua.ergo a cōtrario habet itra urbē:Mathe.tenet cōtrariū qui a papa hēt cognoscere de subditis cardinaliū p iurisdi ctionem generalē quā habet in oēs: sed ui carius nō hēt illā generalem.Ad.c.sua.ref pondetur q; ibi hoc non dicit q; in subditos cardinalium uicarius habet iurisdictionem:nec pcedit argumentū a cōtrario nō enim sequitur q; p eo q; uicarius hēt iurisdictionē in urbe q; hēat in omnes de urbe sicut ep̄s & si hēt iurisdictionem in totā di ocesi nō tñ hēt in exēptos:& dicit Mathe. q; ita uidit seruari: ita tenet do.Car.in.d. cle.ne romani.

Quinto queritur in quo uerset of ficiū Cardinalium.

Icendum est:q; uersatur pncipalī in hoc q; sunt coadiutores & coopera tores ro.Pon.& cōsiliis oportunis assistūt sibi in gubernatione totius uniuersitatis ec clesie catholice:ut in.c.fundamēta.¶.decet de elec.li.vi.&c. p uenerabilē.¶.rōnibus. q; fi.su.le. & hmōi cōfilia dñt esse libera:ut dicit tex.in.d.¶.decet.ita quod nō sit ī eis aliqua de illis quatuor passiōibus que hu manum solent iudiciū puertere & animā captiuare: uidelicet:timor odiū amor aut cupiditas habendi:ut in.c.quatuor.xi.q. iii.&c.i.de re iu.li.vi.nam inquit Boeti.ī de cōsolatione. Tu quoq; si uis tramite re cto carpere calem:gaudia pelle:pelle timo rem:spēm q; fugato ne dolor adsit: nubila mens est uincta q; frenis: hec ubi regnant. Debent etiam esse matura & nō p̄cipitata: nam cū in cōsiliando requiratur discursus & oporteat de multis consulente inqrere: (ut inferius dicit) ista q; sine tpe longo ple

ne fieri nequeāt oportet in istis diutius iu xta qualitatē tamen negotii morari ppter quod phūs dicit q; morose cōsiliandum ē & inde est q; mulierē cōsilium est infirmū quia ppter mobilitatē suam & leuitatē nō possunt diutius sistere ī eodē: sed huc at q; illuc impelluntur:ut phūs dicit.i.polit. & latius ibi tenet sanctus Tho.in gl. Mo dus aūt cōsulendi iste est:ut p̄supposito fi ne alicuius rei quam Pontifex agere inten dit que tñ iusta & honesta sit & deo accep ta accedat cōsilium in quo quēadmodum ad illumfinem pueniat discuciēdū erit:un de inquirenda sunt media p que ad illum finem pueniat & si p multā pueniri pōt p quod illoq; facilime & optime id fiat: & il lo cōperto quēadmodū p illud fiat. Qui enim cōsultat uidetur querere ac resoluere unde cōsultatio inquisitio quedā est :in q; pcedit quousq; pueniat ad id quod p se ip̄m agi queat:& cū plura occurrūt a qbus inchoari possit quoq; unū se habet ad ali ud ut antecedens a quo cōueniētius incipi tur qñ ad id puenimus desinit cōsultatiua inquisitio:hec colligunt ex his q; phūs di cit.iii.ethi.& ideo bene cōsulentē oportet esse cogitabundū.Pontifex aūt hūc modū tenere dēt ut audiat uota cardinaliū & con silium eoq; intendat & ex illis finalem sibi deliberationē referuet:ut fecit Impator in l.i.C.noua uecti.impo.non pos.& ppter necessitatē cōsiliī ab ip̄is habendi nō dēt illos pmittere a se separi: sed cōtinuo cum eis uersari:unde collaterales ei dicuntur & de latere eius:ut in.c.pe.de offi.leg.&c.i.eo.ti.li.vi.& ps corporis ip̄ius:ut i.l.quis quis.C.ad.l.iul.ma.& ppter ea debent assi stere pape in cu.ro.cōtinuo cōmorātes:ut in.c.bone.el.i.de postu.¶.pla.&c. ii.de cle. non resi.& inde dicti sunt cardinales a car dine:quia quēadmodū in cardine uertitur hostium ita in eis uertit administratio & gu bernatio totius uniuersitatis ecclesie:ut dicit glo.in.c.ii.de offi.archipls.unde & de salu te corporali eoq; ppter ea que dicta sunt papa singularē diligentia adhibet: unde & si cardinalis infirmes nō tñ minuit sibi sanguis sine pape licentia spāli:ut dicit ho sti.in.c.ecclesia uestra.el.ii.de elec.& in sū ma ti.de peni.¶.cui cōfitendū.versi.cui car dinialis.Et ex his infertur ad solutionē que stionis de qua solet dubitari .s.an cardina les tpe assumptionis sue teneant p̄stare ro māo pon.iuramentū fidelitatis. & dicēdū ad hoc q; pbri & diaconi cardiales hmōi fidelitatis & obedientie iuramentum non

prestant & rō huius sumitur ex predictis: quia cū sint spālia mēbra pape: ut prediximus ab his spālibus mēbris papa fidelitatem nō exigit sicut nec a seipso ut sit inter dantē & recipientē differentia ut in.c.fi.de insti. & in.c.p uñas. de iure pa. p que patet q̄ cardinales ad obedientiā pape plus aliis se reputare debet fore astrictos & papa dēt diligere cardinales ut pte corporis sui: epi tñ cardinales iuramentū fidelitatis p̄dictū p̄stant non quia sint ab hac caritate seclusi & unitate sed iurant tanq̄ ceteri epi: ut i.c. ego. N. de iure iurā. Ita determinat Hosti. in:c.antiqua. de p̄uile. quem sequit̄ Iohā. an. Cauent tñ sibi cardinales & diligēter attendant ne malum cōsiliū pontifici ipen dendo ipm errare faciant: imputabit̄ enī male cōsulenti sicut & male facienti nā ubi cōsilium dat cām delicto tētur cōsulēs sicut & faciens: ut pb̄at tex. in.c. sicut dignum. de homi. in.c. si quis uiduā. l. dis. & glo. in rla nullus ex consilio. de re. iur. li. vi. & do cto. in.c. i. de offi. dele. & scūs Tho. in. ii. ii. q. lxii. arti. vii. quod p̄cedit nedum si sci enter male cōsulerēt sed etiā si ppter igno rantiam uel imperitiā: nam cū acceptando illud officiū quod p̄ncipalr ut p̄diximus ī cōsulendo uersatur tacite uideant̄ fateri se fore pitos & sufficiētes ad illud: imputat̄ postea eis quicqd p̄ imperitiā faciunt. Ad hoc induco tex. iuncta gl. no. in.l. ii. ff. qd quisq̄ iur. habent etiā aliud considerare q̄ si aliquid in cōsilio & deliberatōne uerset̄ quod ad p̄niciem ecclē tendat uel als in se non sit iustū non est satis sibi q̄ taceant & uotum suum expresse ad hoc non accōmo dent: sed tenent̄ expresse cōtradicere: & il lud oībus mediis quibus poterunt dissua dere: als aut̄ tacentes & dissimulātes inuol uūtū peccato & pena peccati in his q̄ sic il licite p̄petrant̄: ut pulchre dicit Inno. i.c. i. de his que fi. a maio. par. ca. quem oēs se quūt̄: & rō se offert in pmptu cū enī ad hoc sint assumpti ut recte cōsulāt ut predi ximus tacentes: hoc casu cēsent̄ id quod a gitur approbare: ut in.l. de etate. s. qui ta cuit. ff. de inter. acti. & in.c. ii. de confes. li. vi. & error cui non resistitur approbat̄: ut in.c. error. lxxxiii. di. Ex predictis etiā infert̄ ad qōnem: an cardinalis possit assu mi ad ep̄atum p̄ uiā electōis uel dēat poti us postulari. Hosti. mouet hanc qōnē i.c. ecclā uña. el. ii. de ele. ubi cōcludit q̄ debet postulari potius & non p̄t eligi: mouet̄ quia cardinalis habet alas ligatas magis q̄ epi: unde & cardinales non cōsueuerūt ex

ire cu. ro. sine licentia pape: si ergo epi ppter hoc q̄ non habet libe. um uolatum nō p̄t eligi sed dēt postulari: ut in.c. fi. de po stula. prela. ergo a fortiori idem in cardia li dicendum est. Preterea cardinalis est maior epi in officio: sed quis dēt eligi ad maius officium non aut̄ ad minus: ut i.c. legimus in fi. xciii. di. hoc idem dicit pba ri p̄ tex. in.c. filium. i. q. i. ab. ant. distiguit ibi inter ep̄m cardinalē qui tñ poterit po stulari rōe ep̄atus & pb̄m uel diaconū qa illi poterunt eligi & sic recitādo p̄dicta trā sit simpl̄r lo. an. in. d. c. ecclā. Do. card. pla cet illa cōstinctio secundum antiqua tem pora: secundum que epi erat maior cardia li: ut hēt̄ in.c. q̄q. ii. q. vii. hodie uero se cus cum cardinalis sit maior epi: sed Ab. dicit istam drām inter t̄pus antiquū & no uum nullibi p̄bari: immo & olim & hodie epi est maior cardinali in ordine: nā supra ep̄alem nullus ordo est: ut late no. in p̄he. vi. per glo. & doc. & tradit̄ in.c. cū cōtigat. de eta. & qua. unde & papa appellat se epi copum: officio tñ est maior cardinali q̄ epi cum faciant unū corpus cū papa cardinales in gubernatione uīlis ecclē: ut in.c. p uene rabilem. qui fil. su. legi. de quo late supius dictum est: immo supposito sine preiudi cōtio ueritatis secundū eum quod cardinalis simpliciter esset maior epi: non ppter ea se quīt̄: quod sicut epi postulāt ita & Cardinalis: nam in epi rō ē: quia cū sit alliga tus uīclo mīrionali sue ecclē: ut in.c. sicut alterius. vii. q. i. & .c. iter corporalia. de trās la. epi. uel elec. non p̄t eligentes in illum cōsentire tanq̄ in alienū maritum & iō cō fugiunt ad subsidium postulationis: q̄ rō cessat in cardinali non episcopo: nec etiam ob. q̄ hēat alas ligatas: nam hec rō non cō cludit: nam & abbas non p̄t deserere monasterium sine licentia superioris: ut in.c. cū uenerabilis. de cōsue. & nihiloīnus p̄t eligi in episcopū: ut in.c. si abbate. de elec. li. vi. Et ad.c. filium. quod p̄ se inducit ho stien. dicit non p̄bare intentū: solum enī dicit quod ordinatus per papam in ecclia ro. non p̄t inde recedere sine licētia pape non tñ prohibet electionem de eo fieri: li cet uerū sit q̄ papa poterit ei licentiam de negare. Simile est quod monachus potest eligi in epūm non tñ p̄t sine abbatis licētia consentire electōi: ut in.c. si religiosus. de elec. li. vi. ad.c. bone. el. i. de postu: pre: quod etiam uidet̄ facere pro hostien: ubi pb̄ cardinalis fuit postulatus: p̄t dici se cundum abba: quod ibi non negat̄ quin

A:iii:

potuerit eligi:uel pōt intelligi q̄ fuit postu latus p electionem & in istam ptem ille re fidet inducendo p ea tex.in.d.c.ecclia uña. his tñ non obstantibus ego tenerem op̄. hosti.supposito enim q̄ cardinalis non sit uinculo m̄rimoniali alligatus ecclie romāe uel ecclie tituli sui quēadmodū ep̄us subest tñ aliud ip̄edimentū pp̄ter quod eligi nō pōt qm̄ daretur descensus cū notorium sit et ip̄emet fateſ q̄ officio est maior cardia lis q̄ ep̄s:quod in infradicendis latius ostē detur:constat aut̄ q̄ ubi datur descensus & si non in ordine tñ in dignitate est mōstr̄ quoddā i iure:ut pb̄at tex.in.c.i. de trāsl. ep̄i:nam abhorret ibi papa q̄ archiep̄s fue rit factus ep̄us: & dicit q̄ ille fuit dearchie piscopatus & minoratus cū tñ sit notū q̄ archiep̄us nō sit maior ep̄o in ordine sed tñ in officio & dignitate:pari igit̄ rōne idē dicendum est in cardinali: Hoc etiā cōfirma tur p tex.in.d.c.bone.ubi apte tex. loqui tur de pb̄o cardinali & dicit q̄ fuit postu latus:nec solutiones ad illum text.date cōcludunt: q̄a sunt diuinatiōes & extorquēt lrām ad sensum improp̄um p sompnia ali unde quesita:quod improbat tex.in.c.Re latum.xxxvii.di.nec ob.tex.in.d.c. ecclia uña:nam ut ibi dicit Host.patere ex itegra ille erat cardialis tpe quo fuit edita dec.nō tñ tpe electionis:& si hoc non admitteret cōgruenter posset ibi assumi illud uerbū e lectionis p postulatione cū ut ex superiori bus patet esset de iure impossibilis modus assumendi cardinalē ad eccliam cathedra lem per uiām electōnis. Secundū pnci pale in quo officium cardinalis consistit ē in eligendo ro.pont.qñ sedes apl̄ica uacat

Circa quod est cōsiderandū:q̄ antiq̄ tēporibus Impatori fuit data pt̄as p papā eligendi ro.pont.ut in.c.adrianus.& in.c. i synodo.lxiii.di.& hoc factumexitit quoniam catholica ecclia ab hereticis & scismatis cōcussa aliquā in magno discrimine pī clitabat:tribuebat ergo electio pontificis catholicis pncipibus:ut eorum auctoritate ecclia roborata hereticoꝝ & scismaticoꝝ i sultus rep̄meret:ut in.s.pncipibus.ea.di. Postea aut̄ Lodouicus Impator hāc facultatem Ro.populo cōcessit & in eum trans tulit:ut in.c.ego Lodouicus.ea.di. Demū idem Imperatores religioso mentis affectu: prefatis p̄uilegiis sibi cōcessis sup dicta ele ctione p̄ eos facienda ex toto renūtiauerūt ut hētūr in.s.postremo.ea.di. Post hec aut̄ auctoritate Nicolai pape est inductum ut electio romani pōtificis nō a cardinalibus

tñ uerum etiam ab aliis religiosis clericis in idem conuenientibus fieret: ut in.s.ex his constitutionibus.ea.di.& in.c.i.lxxix. di.Nouissime uero auctoritate cōciliorum data est facultas eligendi Ro.pon.solis ecclie ro.cardinalibus ut patet in.c.licet de uitanda.de elec.& in.c.ubi piculum.eo.ti li.yi.& in.c. ne romani.de elect.& fuit sa lubriter hoc institutū: qm̄ si cōciliū déret ad hoc cōgregari esset summa difficultas: tum in cōgregando illud:tum etiam in in ducendo plures qui in idem cōuenirēt: cū naturale sit multos adinuicem discordare ut in!.Item si unus.s.pncipalr.ff.de arbi. & in.c.i.eo.ti.&c.quia diuersitatem.de cōcessi.pben.& in diutina uacatione que tali occasione daretur in ecclia romana multa picula & incōmoda insurgere possent pro ut euidentia rei retroactis tēporibus oñdit quod aut̄ ad Impatorē ul̄ alios laicos expe c̄taret esset a rōe ualde alienum:cum illi de spūalibus non se déant intromittere:ut in c.ii.de iudi.&c.ecclia sancte marie.de con sti.&c.cū laicis.de re.ec.non ali.&c.bene quidem.xcv.i.imo nec de electionibus eccliaꝝ inferioreꝝ:ut i.c.massana:&c.sacro sancta.&c.quisquis.de elec.licet pp̄ter ne cessitates instantes ut pdiximus dudum si bi id cōcessum extiterat.Preterea iter alios ecclasticos uiros cardinales pp̄ter cōtinuā experientiam plenius-intelligunt quid ro mane ecclie cōueniat: & pp̄ter assūtentiam quā faciūt pape citius & cōmodius p̄nt eli gere & diutine uacationi ro.ec.subuenire: dicit tñ Abb. Sicut q̄ in cōciliis Palāno & Constan.allegabatur q̄ tunc demum elec tio Ro.pon.expectabat ad cardinales: qñ sedes lapica uacaret p mortē pape: secus si p depositionem eiusdem factam p cōciliū uel quia inter duos electos in discordia cō cilium iudicaret neutrū eoꝝ fore papā:nā cū in hoc casu rep̄iatur a iure pt̄as eligendi papam cōcessa generali cōcilio:p.c. si duo contra fas.lxxix.di.nec hoc sit correctū p pdicta iura que dant electionem cardinali bus:quia de uacatione per obitum loquū tur:ergo dēt illud ius antiquum in suo ui gore manere:& istā ptem ille sequit̄ in.d. c.licet.de elec. Sed salua pace tanti p̄is cōtrarium uideref uerius: nam iura q̄ dāt electionem cardinalibus generali loquūt̄ non se restringendo ad uacationē p mortē Item supposito q̄ exp̄meretur uacatio per mortē sub ea cōprehendit̄ alia quecūq̄ ubi est eadem rō:ut dicit glo in.c.susceptū.de rescrip.li.yi.& clarius in.c. ne romani. de

elec. Constat autem quod hic est eadem ratione uidelicet difficultas que tollitur: & quia ipsi melius norunt quid ratione ecclesiastica conveniat ut prediximus: nec obstat, et si duo, in contrarium allegatum: quia non dicit eo casu priuari potestate eligendi: ut dicit ibi gratianus. quia nullo iure hoc reperitur: & ille textus in quantum dicit universitatis consensus: non loquitur de concilio generali sed de collegio cardinalium: alioquin textus in d. c. si duo, in quo se fundat abb. loquatur de electione facta in discordia sequentia unum absurdum: quod debilius ius esset cardinalium in eligendo pontificem quam aliorum inferiorum in eligendo platum suum: nam inferiores propter hoc quod discordant in eligendo non prouant potest elegendi: quia nullum iure hoc cauet: ergo multo minus Cardinales quorum pinguis est ius in eligendo ratione. pon. ut ex inferius dicendis manifeste apparebit. Et per hoc conclusionem induco gloriam non in d. cle. ne romani. de elec. in ver. moriente. que hanc conclusionem apte firmat & quia hoc maximus negotiis est quod eis incumbit ut dicit tex. in. d. c. ubi piculum. s. finali. Operemur erit in hoc aliquantulum in morari & de electione pontificis uel pauca quedam breuiter prestringere. Circa quamquam queremus: utrum papa possit sibi eligere successorem post mortem suam & per consequens pro illa uite tollere a cardinalibus facultatem eligendi papam: gloriam tangit haec questionem in. s. his oibus. viii. q. i. & tenet quod non propter duo: primo quia hoc esset minutare statutum vestrum ecclesie quod pape non licet: ut. xxv. q. i. que ad perpetuam. Secundo quoniam talis dispositio extenditur in id tempore quo ipse non est futurus iudex. ff. de iu. om. iu. l. eum qui. sed contra illam gloriam facit tex. in. c. si petrus. ea. ca. & q. ubi petrus elegit sibi Clementem successorum. Sed ad hoc respondet Gratianus in predicto allegando. s. his oibus. dicens quod illud factum Petri non est trahendum ad consequentiam nisi ab illis qui talem sibi in successore eligerent qualiter bene Petrus elegit. Sed ista non est convenientia ratione per ea que proxime dicuntur: quia propter ueriori solutio est quod illud fuit factum propter necessitatem cum enim tunc eent pauci christiani: & ipsi apostoli quibus de ratione hoc interbum debuisse per orbem essent dispersi. iuxta quod sibi precepit dominus Iesus Christus. ulti. c. fuisse ualde difficile alio posse comode electionem summi pontificis celebrari: ut dicit Archidi. post Bazia. in. d. c. si petrus. & nihil ominus ne hoc in exemplum induceretur a posteriori Clemens renuntiavit papatu sibi per proximum predictum modo delato: & tunc fuit electus

Linus ut dicit gloriam in d. c. si petrus. & si quis obiciat quod electio ratione ponatur saltatio quo ad modum eligendi fuit inducta de iure positio igitur det esse immutatio eius in libera facultate pape in. s. sed naturalia. instituta de iure naturali. & in. c. i. de const. li. vi. Ad hoc respondet quod ubi papa disponit in ea re que concernit statutum vestrum ecclesie aliquid de antiquis institutionis immutando si hoc faciat sine iusta causa & aliis nota non est sibi obediendum: ut dicit Inno. in. c. quanto. de consue. Constat autem quod istud potissimum tangit vestrum ecclesiam uidelicet electio ratione. pon. qui caput totius est ecclesie: ut in. c. ubi periculum. s. Ceterum de elec. li. vi. ar. c. nihil de elec. in predicto. & per ea que superius dicta sunt consultissime cardinalibus illa pars tradita est: igitur & si sine causa iusta & notoria papa circa illam aliquid immutaret sibi non esset obediendum.

Et per predicta posset determinari alia quod: an papa possit sine causa prouare collegium cardinalium facultate eligendi ratione. pon. eandem potestem in alios transferendo. Quero ulterius iuxta eandem materiam an cardinales licite possint tractare de electione pontificis inter se. In hoc distingue: quoniam aut quem rimus in uita pontificis: aut post mortem siquidem in uita & cum consensu pontificis fieri potest: immo laudabile est quod ipse vocet cardinales & moneat eos super concordi electione futuri successoris etiam nominando personam que sibi apta uidebitur ad tantam dignitatem obtinendam: ut in. c. si transitus. lxxix. d. i. p. etiam sine pontifice laudabiliter possit inter se tractare prout & in consilio de eligendo personam idoneam quoniam postea uacatio occurreret: dummodo de certa persona non de liberarentur. Item nec possent super futura electione pactis uel promissionibus ad certum quid se obligare: ut in. c. si quis papa. & c. nullus. lxxix. d. i. immo talia pacta & promissiones tanquam illicite nec iuramento nec pene adiectione nec qualibet alia firmitate ualuntur: ut in. d. c. ubi periculum. Ceterum de elec. li. vi. & huiusmodi res perpetratae loci sui dignitate uel communione praudus est: & huiusmodi consilia & confederationes ad ecclesiasticam noticiam differens etiam si particeps fuerit non solum purgatus ab omni pena liber euadat: sed etiam digna remuneratione premiandus est ut in. d. c. si quis papa. & ex hoc habens unam limitationem ad doctrinam quam tradit Bar. in. l. iii. s. fi. ff. de cond. ob tur. cau. ubi per illum tex. dicit quod statutum premians de nunciantes malefactores non se extendit ad socios criminis: idem tenet in. l. si quis in graui A. iv.

§. si ex stipulatu. ff. ad silleya. Fallit enim in casu isto: fallit etiam in aliis quos ne uagi uidet a pposito diuertendo omittā: & si ista remuneratio iuxta supiorū arbitriū: uidere in pecunia uel rebus q̄ pecunia extimāt sienda: pmo fieri déret de bonis mafactoris: secundo de bonis eius ad cuius utilitatē sumitur uindicta de hmōi malefatore: tertio de publico: p no. p Bart. in. l. lege cornelia. in p̄n. ff. ad sill. Aut querit de tractatu fiendo post mortē pontificis: & tunc nedum est pmissum imo est utile: ut p illos tractatus conuenientius possint puenire ad dignam psonā eligendā: ut expresse dicit tex. in. c. in noīe dñi. xxiii. dist. Cauent tñ secundū Inno. in. c. bone. el. ii. de elec. ne in tali tractatu diffiniant de certa psona eligenda: & multominus sup his iuramenta uel pmissiones uel subscriptiōes faciant: nam ille essent irrite & punirentur facientes p. d. s. ceterz. & ppter hmōi cōuentū tollenda & tractatus dampnabiles fuīt p̄uisū in. d. c. ubi piculū. q̄ in conclavi non fieret aliqua separatio p parietes uel cortinas: sed oēs cardinales essent in palā & in cōi. Si tñ oīno apperet iusta cā ppter quā hoc fecerunt hmōi pacta ualerēt & nō punirentur paciscētes: ut in. c. sane. xvi. q. vi. secundū eum ubi etiam subiungit: q̄ licet oīl ppter solēnia exequiarum differebat p̄dictus tractatus usq; ad tertium diē post mortē: ut in. c. nullus. lxxix. dist. hodie tñ statim post mortē licet tractatū facere. vii. q. i. sicut alterius. & idem sequitur ibi Cōpost. licet Hosti. contra teneat ppter honorem statem seruandam. Sed op̄i. Inno. & cōpo. sequitur Io. an. & ista mihi uidetur uerior de iure maxime si quis attendat tex. in. d. c. ubi piculum. circa pncipium.

Vlterius quero de forma quam tenere debent in eligendo. Dicēdū est q̄ in expectando absentes cardinales p decem dies & in confiendo cōclavi & in forma cōclavis & aliis circa hoc occurrentibus est forma apte tradita in. d. c. ubi piculū. & aliquid ē adiectum in cle. ne romani. §. sane. usq; ad si. tex. ex quibus & ex antiquis iuribus colliguntur multa spālia in electio pape q̄ ponit Hosti. in. d. c. licet. de elec. & omissis aliis est unū quia alie electiones platorum subiiciunt formis cōciliai. quia ppter. Elec̄tio aut̄ ro. pon. ab omni forma iuris est exempta: sufficit enī q̄ a duabus ptibus Cardinalium sit aliquis noīatus: ut pb̄at text. in. d. c. licet. & idem sequūtur ibi Innoc. & Hosti. & Io. an. Idem tenet glo. in. c. si cui

de elec. li. vi. & ad hoc ut ad has duas ptes cōmodius pueniri possit optima est practica quam Hosti. ponit in. d. c. licet. & glosa in. d. c. si cui. & in. d. cle. ne romani. uidelicet q̄ cardinales ordinent inter se qñ cōueniunt ad electionem q̄ ualeat electio facta a maiori pte & tunc electus a maiori parte censebitur electus ab oībus: uno tñ contra dicente non posset fieri hmōi cōpromissū ff. cōi diui. Sabinus. & d. c. quia ppter. & ibi glo. est & aliud spāle: nam alie electiōes si a pncipio non tenent utpote quia nō fuit quis electus a maiori & saniori parte nō pñt per accessum ualidari: ut in. c. auditis & ibi no. doc. de elec. secus aut̄ est in electio ne ro. pon. ubi etiam si unam tñ uocem quis heret posset per accessum ualidari electio eiusdem dūmō accederent tot quot facerent duas partes: ut pb̄at tex. in. d. c. licet & ibi tenet Hosti. qui etiā subiūgit q̄ pēdēte scrutinio semper locū habet p̄dictus accessus & dicitur pendere donec de cōfensiū cardinalium scrutiniū fuerit ruptum uel la ceratum uel donec ad alios actus diuertat & sic dicit inter ip̄os seruari unde ip̄oz obseruantia sequenda est: dicebat etiā Abbas Sico. ibi per p̄dicta q̄ etiā ip̄emet electus ī papam posset recedere a uoce quā dedit alteri & accedere ad electionem de se factam ut perueniat ad duas partes uocum q̄ sunt necessarie in electione pape. ut in. d. c. licet Item de cōsuetudine est q̄ quilibet cardialis pōt in electio noīare tres in quos cōsentit hoc mō: cōsentio pmo in a. secundo in b. tertio in c. & ex tali noīatiōe acquirit q̄ libet noīatorum unam uocem seu consensum: ita q̄ hac uoce computata si habuerit duas partes obtinebit si tñ hac uoce cōputata quilibet noīatorū habet duas ptes tūc pmo noīatus obtinebit: p̄dictus autē modus eligendi nō sustinet in electionibus a liorū cū sit incertus: ut in. c. ii. de elec. li. vi. ita tenet Cōpost. in. d. c. licet. Item ē aliud spāle q̄ si cardinales eligentes sint excōicati uel als inhabiles non ppter hoc uiciat electio ut est tex. in. cle. ne romani. §. ceterz de elec. Sed quid si cardinales sunt negligentes in eligendo ad quē deuoluereſ eligiendi ptas. Rñdeo q̄ ad nullum deuolue retur quia iure non reperitur expressū: ut dicit Io. an. in. d. c. ubi periculum. ubi subiungit rōnem quia per nulos alios sic cōmode posset pontificis electio celebrari p̄ quo facit doctrina quā tradit Inn. in. c. cū ecclia uulterana. de elec. & in. c. quia diuer sitatem. de cōcess. prebē. ubi tenet q̄ nunq

fit deuolutio p̄tatis ab uno ad reliquū nisi  
in calib⁹ a iure exp̄ssis. Sed quid si de  
ficerent cardiales intelligo de oībus uno  
enim tñ remanente in illo ius collegii resi  
deret: iuxta no.p glo.in.c.gratū.de postu.  
pla.& est tex.in.l.sicut municipiū.§.fi.ff.  
q̄ cuiuscq̄ uniuers. Est ergo casus dubitabi  
lis qñ nullus remanet in collegio:& host.  
in.d.c.licet.refert in hoc duas op̄i.Quidā  
enim dixerunt q̄ ptas eligēdi hoc casu ex  
pectat ad cle⁹ ro.ut in.c.in noīe dñi.xxiii  
di.lxxix.di.c.i.&c. si qs pecunia. Alii di  
cuntq̄ ad cōcilium generale.lxxix.di.c.ii.  
&.iii.& quasi p totum:i p̄tñ dicit:q̄ licet  
hoc secundū uideaſ iustius: pmū tñ uide  
tur leuius & cōmodius ppter piculuū mo  
re; de electione ne p defectu. nam difficile  
foret generale cōciliū cōgregare & p conse  
quens cū magno piculo & detrimēto se.a  
plīce diu uacaret ro.se. salua tñ maiori auc  
toritate ego crederem q̄ sine dubio ad ge  
nerale cōciliū expectaret electio:nec ob.  
iura que p clero ro.inducūtur:nam ad illa  
pōt dari duplex solutio.Vna est q̄ nō dis  
ponunt q̄ cleru⁹ ro. eligat: nā tūc dices  
idem de populo ro.cū illa cōiugant ut pa  
tet in palle.c.in noīe dñi. sed dēt in telligi  
q̄ electioni iam facte p cardinales dēt acce  
dere cōsensus seu approbatio qdā cleri &  
populi ro. utpote q̄ cardinales calē eligāt  
in pontificem de quo populus & clerus cō  
gaudeat & congaudendo ip̄m approbet:  
uel alī loquuntur secundū antiqua iura se  
cundum que aliqñ ut patet ex supioribus  
spectauit electio ad cardinales & ad cle⁹ &  
populu⁹ ro. sīl:mō aūt ut superius deductū  
exitit ad solos cardinales spectat: iura etiā  
que inducunt p cōcilio generali si recte i  
spiciantur hoc non probant: unde in defe  
ctum iurium recurrentū est ad rōnem na  
turalem secundū glo.in.c.ex eo.de elec.li.  
vi.& tunc itelligitur locū habere quod di  
citur.Lex est oē quod rōe cōsistit.ut.i.dis  
cōsuetudo.rō aūt naturalis dictat ut q̄ oī  
bus dēt p̄esse ab oībus eligatur & appro  
betur.lxiii.di.quia p ambitiones.&c. Si  
archieps.de temp. or. hoc etiā p̄suadit erō  
uitandi scismata:nam si clerus ro.eligeret  
attendens generale cōciliū ad se expecta  
re electionem uel ad minus ppter dubium  
quod est an ad cle⁹ ro. uel ad cōciliū pti  
neat non admitterent in ro. ponti. a clero  
ro.electum:unde apta scismatis materia o  
riretur: & ideo ista pars est tenenda.Cōfir  
matur hoc p simile:nā ubi als non deferr  
rent nr regna & impia per successionem ex

cōsuetudine uel p̄uilegio:de iure tñ cōmu  
ni populus debebat sibi p̄ncipem eligere:  
ut dicit glo.in.c.moyses.viii.q.i. De quo  
tñ remitto ad no.in.c.licet.de uoto.Sic in  
pposito deficiente forma eligēdi a iure da  
ta per obitum cardinaliū transferatur elec  
tio summi pontificis ecclē ad totam ecclesi  
am cuius est caput que in concilio genera  
li representatur. Sed tunc occurreret dubi  
tatio per quē esset cōciliū generale con  
gregandū:dicit Hosti.ubi supra q̄ p cle⁹  
& popl̄m ro.lxv.di.si forte.ul' di cas q̄ im  
pator posset cōgregare sicut Theodericus  
fecit qñ pape Simacho ab emulis suis cri  
mina impigebant:ut hētū in.§.hinc etiā  
xvii.dist:unde p̄ncipes seculares hñt ptatē  
ut in hmōi ecclē cōsulant: ut est textus cū  
glo.xxiii.q.v.p̄ncipes.Nec obstat si dicas  
q̄ cōciliū generale non pōt sine papa cō  
gregari.ut.xvii.di.per totum: nā illud fal  
lit sede aplīca uacante ut dicit gl.in cle: ne  
romani.de ele.Sed querit iuxta p̄dicta an  
cardinalis posset renunciare uoci sue in ele  
ctione romani pontificis:Hosti.cui in per  
sona sua hoc cōtigit de facto tangit qōnē  
in.c.nisi cū p̄dē:de renū:& arguit p & con  
tra:& finaliter cōcludit q̄ non ualet renūti  
atio cū in hoc uerſet ius publicū cui pac  
to p̄uato&nō pōt derogari:ut i.l. ius pub  
licum:ff:de pactis.&c.si diligenti.de for  
compe.& qua rōe renuntiaret unus eadem  
tium debet h̄ri cōsideratō q̄ ppter summā  
eoꝝ dignitatē debet eis maxima reuerētia  
exhiberi unde & reuerendissimi appellāt:  
ut in.c.a subdiacono.xciidi. q̄ procedit  
etiam si mali essent: sunt enim iuperiores:  
honorandi q̄q̄ mali iuxta illud.i.pe.ii.sub  
diti estote dñis non tñ bonis & modestis  
sed etiā discolis:& hoc sit ppter excellentiā  
dignitatis qa ministri dei sunt & etiā quia  
in eis honorat cōitā cui presunt scdm tho  
mā secunda secunde.q.ciii.arti.ii. Vnde i  
malo p̄lato duo sunt consideranda.s. p̄so  
na p̄pa:& dignitas secūdum quā est p̄sona  
publica: si ergo prelatus sit malus non est  
honorandus rōe p̄sone sue quia cū honor  
sit reuerentia alicui exhibita in testimoni  
um uirtutis falsum testimoniū p̄ferret de  
eo qui eū intuitu p̄sone honoraret: cōtra  
illud quod legitur exo.xx.non loqr̄is cō  
tra proximum tuū falsum testimoniū: sed  
iniquātum est p̄sona publica sic gerit tipū  
& locum non sui ip̄ius sed alterius.s.xpi i  
ecclia ut prelati ecclasticī ul' rei publice ut  
dñs i secularibus dignitatibus & sic ualor  
illiū non cōputatur scdm p̄sonam sed se  
cundū eum cuius.loco presidet sicut est de  
lapillo qui in cōputationib⁹ ponitur lo  
co centū marcas cū in se nihil ualeat. Ista  
sic deducit scūs Tho.quodlibet.viii.artic.  
vii.ex quo p̄t concludi q̄ bonus prelatus

dupl̄r est honoradus & rōe p̄sone sue & rō  
ne dignitatis:& hoc est q̄ apl̄s admonet  
i.thimo.v qui bene presunt pb̄i dupl̄i  
honore digni habent: ipsi autē cardinales  
ex pte sua h̄re debent pre oculis illud exē  
plum quod Petrus apl̄s eis reliquit cū enī  
flexis genibus Cornelius Centurio corā  
illo se p̄sterneret nequaꝝ hoc p̄misit dices  
surge quia & ego ip̄se homo sum ut scribi  
tur actuū.c.x.Has enim reuerentias & tpa  
lia emolumenta nō querunt prelati q̄ uerī  
sunt pastores qui nō extimāt hec eoꝝ fore  
p̄mia sed tñ ista sectant̄ qui nomē habēt  
pastorꝝ sed rei ueritate sunt mercenarii ut  
Grego.dicit in omelia sup illud.Ego sum  
pastor bonus.& alibi dicebat cōtra quēdā  
adulatorem.Ego nō uerbis quero prospe  
rari sed moribus: ut in.c.ecce.xcix.distī.&  
Augu.xix.de ciui.dei.iusti inquit non do  
minandi cupiditate imparant sed cōsulēdi  
officio:Nec per hoc dico quod cardinales  
debitam reuerentiam sibi exhibitam non  
admittant sed quod honorem sibi exhibi  
tum in deum referant nec superflue in his  
exigunt īmo p̄ humanitate sua aliiquid de  
debito indulgeant:Prelatōnes enim ecclia  
stice precipuum fundamētum habēt i hūi  
litate iuxta illud uerbū saluatoris Luce.xx  
ii.Qui maior est in uobis fiat sicut iunior  
& qui predecessor est sicut ministrator:debet  
etiam in hoc locoꝝ h̄ri discretio: In publi  
co enim debet p̄laus maiestatē sue digni  
tatis ostendere ut in.l.obsleruādū. ff.de of  
ficio presi.In camera autē ut socius cū infe  
rioribus se gerere ut in.c.epūs in ecclia.xc  
v.di.unde Hosti qui & cardinalis erat ī:c:  
& si christus.de iureiurā.īuehit cōtra illos  
qui plus hoīes q̄ deum honorant quia co  
ram altari transeuntes nullam etiā inclina  
tionis reuerentiam exhibent & qñ coram  
dño temporali ueniunt quasi idolū colūt  
iungendo manus utruncq̄ genu flectendo  
Infert etiam contra iuperiores illud quod  
legitur apocalip.xix.ubi angelus dixit Io  
hanni ad pedes eius p̄cidenti: uide ne fece  
ris cōseruus enim tuus sum & fratrum tuo  
rum &c.Vnde secundum eum hec ydola  
tria esset corrigenda.Idem etiā reprehēdit  
Vincē:quem sequitur Io:an:in:c:his que  
de ma.& obe. dicens quod Deocletianus  
fuit p̄mis qui se fecit ut deum adorari.Pri  
us enim Imperatores salutabant̄ ut iudices  
& certum est quod hanc adorationē super  
fluam introduxerunt & indies augent ho  
mines ambiciosi & calidi qui cū hmōi ad  
ulatione quernut uenari fauores superiorꝝ

ut in dignitatibus sublimati p hmōi falsā humilitatē talionem postea ab aliis recipiant. Est enim q̄ nequiter se humiliat & itē riora eius plena sunt dolo ut hētetur ecclias. xix. Sed circa p̄dicta queritur qualit̄ se déant h̄e circa beneficia cōsequenda. Et dicendum est q̄ debent t̄m de beneficiis h̄e ut possint cōmode sustentari si enim in inferioribus clericis ecclias h̄i debet iste respectus ut cōmodam & honestā sustentationem de beneficiis h̄eant. ut in.c.de monachis.de p̄ben.&c.cum & plantare. s.in ecclias.de p̄uile.&c.ii.&c.cum secundum aplm.de p̄ben.m̄ltomagis in cardinalibus ista cōsideratio habenda est quoq; sollicitudine & opera v̄lis gubernatur ecclia:& ubi de beneficiis simplicibus residentiā non requirentibus uel de pensionibus eis puidet cōmode posset illud esset tucius cū & ipsi suffragium & ecclias ppter eorum absētiā dispendium non immineret. Vñ & iure cōi de talibus p̄tquis multa sine qua cunq; dispensatione usq; ad sufficiētiā obtinere.iuxta glo.in.c.gratia.de rescrip.lib.vi.& Inno.in.c.cum iam dudū.de prebendis quē sequuntur cōiter doct.& in.d.c.ḡa. p Domi.& alios.& late tradūt doct.in cle. ḡe.de rescrip Si t̄n de p̄dictis non posset iuxta eos necessitatē ipsis subueniri :tunc dispensatiue possent etiam de incōpatibili bus pl̄ra obtainere ubi unū ex eis nō sufficeret. ut in.c.de multa.in fi.de p̄ben.&c.du dum.lo.ii.de elec.In hac t̄n dispensatione dēt h̄i respectus non ad bonum p̄uatū sed ad bonū publicū ut.s.iuxta p̄rogatiā & merita cardinaliū & maiorem q̄ quisq; eorum in gubernatiōe ecclie opam impēdit beneficia plura ei distribuant. Hac enī cōsideratōe iura uoluerunt q̄ sublimibus & l̄atis p̄sonis p dispensationē possent plura incōpatibilia cōcedi quia p tales p̄nenit ecclie utilitas publica cū p̄sona l̄ata maximam utilitatem ecclie facit que uiris l̄atis maxime noscitur indigere. ut in.c.cū ex eo de elec.li.vi. Viri etiam nobiles & potētes q̄n necessitas p̄secutionis guerraq; occurret maximū ecclie afferre possent auxilium & si p̄termissa cōsideratōe predicta.s.meritorum p̄sone aut utilitatis uel necessitatis ecclie dispensaret cū aliquo sup̄ pluralitate beneficiorum ille quātū ad deum etiam si papa esset qui dispensaret non foret tutus iuxta s̄niā sancti Tho. secunda secunde q.xcvii.arti.iii. quē recitat & sequitur Io. an.in.d.c.de multa.& istud est uerius q̄ id quod Innocentius dicebat.in.c.cū ad mo

nasterium.de sta.reg.quē multi canoniste fuerūt secuti:& est tutior ista p̄ conscientie ad quā in dubio est inclinandū:ut in.c.Iuuenis de sponsa.& in.c.significasti.lo.ii.de homici. Papa etiam alr faciendo iudicare acceptor p̄sonarum:uult enim iusticia distributiua q̄ unicuiq; iuxta merita distribuatur qui uiolatur cū equalis non equalia: uel non equalis equalia hēant:& hinc pugne incusatiōs q̄ oriuntur ut ph̄s dicit.v.e thi. Et ubi pluralitatē beneficioꝝ siue cum dispensatione ubi illa requirit siue sine ea ubi necessaria nō existit quis obtineat nō ppter deum nec utilitatē ecclias sed ppter fructus exiñ p̄cipēdos ut illos auare thesaurizet & sit ditiorut :ul' lautius uiuat & magis opulēt & magnam familiā cū fastu & pompa sustentare possit. Istud esset illicitum & omnino damnabile apud deū īmo & unum bñficiū sub tali corrupta intentione tenere esset damnable de talibus enī dicit Canon:q̄ nō querunt deū ppter deū Hec colligunt ex dictis Inno.in.d.c.cum iam dudū.iūcta no.p sanctū Tho.quodl. ix.arti.xv. Reprobatur enim pluralitas bñficioꝝ & dignitatū ubi ī unū plura bñficia sine iusta cā cumulant ppter multa. Primo ppter uiciū ambitionis reprimēdū Secundo ppter impotentiā pluribus seruendi. Tertio quia inducit materiā dissolutionis tā in uestibus q̄ in moribus: Iuxta illud psal.Ex adipe p̄cedit iniqtas. Quarto quia īducit uagationē nā quo magis qs ex uberat magis uagus efficit. Quinto qa cōtinet piculum aīabz. Hec quinq; pbat tex. in c.quia in t̄n. de prebē. & quia cū unus uix ualeat unū officiū adimplere stipendia sibi uendicat plurimoꝝ:ut in.c. quia non nulli.de cleri.non resi.ubi tamē merito & iuste in unū multa cōgerunt qui utilior ē ecclie q̄ multi alii:ibi dei honor & publica utilitas p̄curatur:ut no.Inno.in.d.c.cū iā dudum. Quantum autē ad ip̄orum familiares attendant ut honestā familiā se cum hēant:iuxta illud quod hētetur psal.. Ambulās in uia īmaculata hic mihi mini strabat nō habitabit ī medio domus mee qui facit supbiam. Societas enim malorum p̄niosa ē sicut & bonoꝝ cōuictus ad me liora perducit. Iuxta illud psal.cum sancto sanctus eris cum electo electus eris & cum peruerso peruerteris. Adam siquidem primus parens noster q̄diu solus mālit inno cēs perseuerauit:mala autē societate persuasus tñnicā innocētie perdidit:unde totum genus humanum perpetua morte dānauit

B.ii.

& ppter non imerito iura pposuerūt ut electi clerici uel monachi in ministerio cubiculariatus ep̄is adessent ut in.c. cū pasto r̄is.ii.q.vii.& in odium ep̄oꝝ qui malos familiares & crimiosos secū tenēt introdu xerūt ut si ab eis accusarent etiā ptextu criminum ab accusatōe ip̄os arcere nō possēt ut in.c. nulli.de accu. eo maxie quia cū cardiales soleāt familiares ad dignitates & bñficia pmouere debent tales h̄e i quos sine piculo aīe sue possint talia bñficia collocaſ nec p̄ hoc dicere intendo q̄ ppter seruiciū debeat aut iuste possit cardinalis aut quis alius platus moueri ad cōferendū alicui be neficiū nā hoc eset illicitū & simoniacum saltē simoia mētal is si pncipalr ex hoc mo ueret :idē etiam eēt ex pte familiaris si pncipalr seruiret dñi ppter h̄ida ab eo bene ficia nā sicut munus a dono iducit simoni am pari mō munus ab obsequio. ut.i.q.i. sunt nonnulli. si aut̄ motiuū pncipale nō eset ppter seruicia ex pte cōferentis nec ppter beneficia ex pte seruiētis familiaris: sed secūdario & minus pncipalr ista cōsiderarē tur tunc non eset simonia nec aliqd illici tum ut dicūt glo.in.c.quid.pderit.lxi.di. &c. cū essent.de simo.dūmō psona famili aris sit digna & seruiciū quod ip̄edit sit honestū ut uult glo.in.d.c.sunt nōnulli. qđ itē ligit hoc mō uidelicet q̄ hmōi obsequū nō dēt excitare ad cōferēdū bñficiū sed ad cognoscendū merita p̄stantis obsequiū q̄ bus cognitis dandū est bñficiū p̄ ip̄is meritis non p̄ seruicio: unde dicit uulgare curie platoꝝ pbatoria sunt clericorꝝ ita tenet archi.i.q.i.ordinatōes. Limita tñ pdicta dummo talia in pactū exp̄ssum non deducant nam eo casu pactio exp̄ssa simoniam causaret iuxta no.p dictas glo.& eset talis exp̄ssa simonia & iō cautius eēt propter pcula cōscientie euitāda q̄ cardinalis de certa mercede pecuniaria singulis mēsibus fāiliaribus satissaceret ne seip̄m oneraret one re prouidendi eis in beneficiis & ex hoc etiam ab eis spem hanc adimeret & sic tolle rentur pcula aīarꝝ & incōueniētia pdicta: & propter hoc iure cautū est q̄ de mobili bus etiā occasiōe ecclē acq̄sitis possit prelatus seruitoribus suis siue cōsanguineis si ue extraneis iuxta merita seruicioꝝ aliqua elargiri:ut in.c.relatū.lo.ii.s.licet.de test. & rō huius est qa seruiciū ip̄elsum prelato censet impensum ecclē & iō de illis rebus ecclē p̄t satissieri pro eodē ut in.c.p tuas. de dona. Sed hoc intelligit Io.an.in.d.s. licet.dummō in uita platus hoc largiatur

secus aut̄ si legaret in suo testamento illud soluendū. Idem tenēt latius Vincē. & Hosti. & Io.an. & cōiter doc.in.c.ad hec.de testa. tum quia nullo iure datur sibi facultas in testamento ista disponēdi:tū etiā qa cū testamentū morte cōfirmet cōfertur dispositio in tps quo ille nō erit iā prelatus & p cōsequēs nō poterit de rebus ecclē dispone re & paria sunt aliqd fieri tpe inhabili uel fieri tpe habili dū tñ effectus eius referat adtp̄s inhabile ut in.l.q sponse.C.de do. ante nup.Putarē tñ q̄ illi q̄ honesta seruicia prelato uiuēti ip̄enderūt nec satissactio nē iustā & retributōnē hūerūt. Posset age cōtra succendentē in prelatura uel dignitate ut eis satissieret iuxta debitū seruitii qa ut prediximus istud seruicium factum prelatu censetur factum ecclē & ē p̄miādum de rebus ecclē etiā p̄ successorē ut apte probat tex.in.d.c.p tuas. qui ad hoc est no. Cōfir matur etiā hoc nā cum istud debitum con cernat eccliam mō predicto trāsit ad success forem. ut in.c.i.de solu.ad quod faciūt notata in.c.ex p̄ntium.de pigno.imo ppter humanitatē est iuxta hoc statutū ut se.ua. de fructibus dignitatis administrēt alime ta necessaria familie quōdā reliecte p̄ plātū defunctum ac prelatus q̄ successerit debet p̄miare eos quos cognoverit discipline & charitati predecessoris sui fidelr paruisse ut pulchre dicit tex.in.c.hec huius placiti.x. ii.q.ii.quod est summe notandum.

Quero circa cōfessionem cui debeat cōfiteri cardinalis Hosti.in sum.ti. de peni. §.cui tōfitendum. versiculo cui cardinales recitat diuersas op̄i.finalr cōcludit q̄ si ab sens est ex cā legationis p̄t eligere cōfessorem ar.de peni.& remi.c.ne p̄ dilatōe. alias aut̄ cessante hac uel sili necessitate poterit alicui penitēciario pape cōfiteri sed tutius putat q̄ a papa obtineat licentiā eligendi si bi idoneum cōfessorem cum cardinales immediate subſint pape. ar.eo.ti.c.ois. fallit in ep̄is cardinalibus q̄ sunt a iure p̄ilegia ti prō eo quod ep̄i sunt ut sibi possint libere idoneum eligere confessorem:ut in.d.c. ne pro dilatōe: Sed iuxta hoc queritur qualiter se debeant h̄e circa testamenta cōdenda: Ad quod dicendum est qđ si q̄ bona haberent acq̄sita intuitu p̄fone ex his libere testari poterunt: si autem intuitu eccliarum ul̄ beneficioꝝ de his nō possunt testari ut in.c.fixum.&c.si ep̄us.xii.q. v.&c. cum in officiis.&c..quia nos.&c.relatum lo:ii:de testa. Sed an cōsuetudine poterit introduci ut cardinales uel alii prelati

testentur de acquisitis intuitu ecclē. Dicendum ad hoc secundū Inno.in.c. cū i officiis.de testa. q̄ sic sed Vincē. quē sequūt̄ Hosti. & Io.an.in.d.c.ad hec.de testa. tenet q̄ nō. quod intelligo ubi non testaret̄ de mis in quibus pōt̄ dictū Inno. saluari p.c ceterū. de do. & pmi dicti. s. Vincē. & Ho. & Io.an.rō est quia hmōi cōsuetudo idu ceret grauamē ecclīis ut manifeste patet cōsuetudo uero q̄ grauamē ecclīis iducit a iure reprobatur: ut est tex .in.c.i.de cōsue. q̄ pcedit etiam si eēt imemorial' ut tenet ibi Collec. cuius rō est quia ubi cōsuetudo idā natur ppter ea quia irrōnabilis est etiā īme moralis censem̄ dānata īmo & a fortiori: q̄a tanto grauiora sunt crima q̄to diuicius ī felicem aīam detinent alligatam. ut in.c.finali.de cōsue. &.c.cū h̄ret. de eo qui dux. ī ma. quā pol. p adul. & istā doctrinā tradit Do. car. in cle. si una. de re. eccl. non alie.

Sed ulterius iuxta hoc q̄ro an ex facul tate concessa per papā licite fiat hmōi testa mentū de acqslitis ituitu ecclē: & uidet̄ dicē dum q̄ sic. p quo est tex. in.c. quia Iohannes. xii. q.v. Abb. Sicut. late ptractat istam qōnem in repeti. c. cū es̄es. de testa. & in effectu uidet̄ uoluisse q̄ sine cā. nō possit pa pa hanc facultatē cōcedere itelligo quo ad deū: ut qui in uim illius testar̄ sit tutus in foro cōscientie: nā in foro judiciali de sc̄is pape nullus iudicare pōt. ut in.c.cūcta per mundū. &.c.alioꝝ. ix. q. iii. p quo facit nā ubi sine iusta cā papa dilapidat bona ecclē peccat mortalr̄ ut supra deductum est & te net archi. xii. q. ii. nō liceat pape. si ergo ip se peccat non excusat̄ qui eius auctoritate hoc facit. Itē qa si cōtra ius positiuū papa dispensat non est tutus quo ad deū si sine cā iusta hoc faciat: dico qñius positiuū sup iusta cā fundatū est. put̄ ē istud qđ de testamatis ecclīasticoꝝ uiroꝝ est inductū Hanc doctrinā ponit sanctus Tho. secunda secunde. q. xcvi. arti. iii. & Io.an.in.c. de multa de pben. unde non in dr̄nter iste facultates testādi dérent cōcedi sed adhibita sufficiēti examinatōe sup causis q̄ ad eas cōcedēdas dñt mouere & iuxta necessitatē: exp̄m̄ere oporteret summā taxatā & nō generalē & indiffinitā facultatē concedere: ut nōnūq̄ fieri cōsuenit: & inter ceteta multū dēt attendi ne tantā quātitatē facultas con cessa cōtineat q̄ ex hoc ledatur enormiter ecclīa ut pbatur in.d.c. quia Iohannes. i. fi.

Sed predictis subiūgit̄ qō circa sepultu ram cardinalis ubi sepeliēdus sit Et in hoc distingue. quia aut eligit sepulturā & tūc ī

loco ubi elegit sepeliēdus ē: nā reguſr uni cuiq̄ licitu ē eligere sepulturā nisi quibus a iure phibitū est: ut in.c.i.&.c. cū liberum &.c. de uxore. de sepult. & ppter certos prohibitos ut sunt religiosi in.c.fi. de sepul.li: vi. & pupilli. ut in. c.licet.eod.ti. & li. dat̄ p locū a spāli r̄la generalis in cōtrariū ut oēs inde phibiti cēlāt̄ hanc facultatē h̄re: hoc etiā patet: nā eps licet uiculō m̄rimoniali est alligatus ecclē sue pōt̄ eligere sibi libere sepulturā extra suā cathedralē ecclīam: xii. q. ii. bone rei. & de dona.c.aplice. Aut de cessit nō electa sepultura & tūc ī ecclīa titu li sui dēbit sepeliri: nā idē dicimus in epō q̄ decedēs nō electa sepultura in sua cathedrali ecclīa est sepeliēdus: ut in.c.requisisti. de testa. &.c. scire. vii. q. i. & hāc cōclusionē ī epō tenet do. car. in cle: dudū. s. hmōi. de sepul. & Ab. sicut. in.d.c.aplice. ergo idē de cardinali dicendū erit cū ī ecclīa tituli sui iurisdictōem epalem hēat ut pdiximus Sed iuxta hoc quero an cardinales pos sint licite magnificare sepulturas suas aut etiā ordinare quod post mortem suā fiāt sibi sumptuosa funera. Ad qđ r̄ndetur quod nō: curatio enī funeris & conditio se pulture: pompa exeqꝝ magis sunt uiuo rū solatia q̄ subsidia defunctoꝝ put̄ dicit tex. xiii. q. ii. c. aīe defunctoꝝ: plāgentium aut̄ ululatus lege n̄ra iprobat̄: lege aplū Nolimus inqt̄ uos ignorare de dormienti bus ut nō cōtristemini sicut & ceteri q̄ spē non h̄nt: unde planctus iste ex despatione future resurrectōis. puenire cernit̄ ut uerba aplī manifestat̄: ut in.s.hoc aut̄. &.c. ubicū q̄. & c. q̄ diuina. xiii. q. ii. Sed cōtra hoc quod dictū est de sepultura obiiciet quispi am de. d.c. bone rei. &.c. aplice. Sed stat folutio ad illa qđ ibi pmittit̄ epō magnifica re ecclīam ī q̄ sepelit̄ occasione sue sepulture nō autem magnificare sepulturā suam Quid enī cōfert sepulchro putredie & ueribus plenumdeaurare aut p̄ciosa sculptura pōposū reddere. Vnde & hierony: ī quādam eplā cōtra diuites uerba faciens. Vos inquit oposa saxis sep̄lchra premunt cum uīris opibus arsuros parcite q̄so pcite uos saltēm diuitiis q̄s amatis cur & mortuos uīros auratis obuoluitis uestibus tur ambītio uīra inter luctus lacrimasq̄ non cessat̄ an cadauera diuitium nisi ī serico putresce re nesciunt. Circa hec tamen omnia te nēda est etiā moderatio nam aug: sup Io. ī illo uerbo ubi dicit̄ quod sepelierunt lhe sum cum linteis & aromatibus sicut mos est iudeis sepelire: Admonuit inquit ī hu

B.iii.

ius officiis q̄ mortuis exhibentur morē cu  
iūlibet gētis eē seruādū. Erat aut̄ istius gē  
tis cōsuetudo ut mortuorū corpora uariis a  
romatibus cōdirent̄ ut diutius seruarēt̄ il  
lesa. Ad qđ facit qđ supius i pnci. huius ar  
ticlī deductū ē q̄ i his dēmus nos cōformare  
moribus bonoꝝ uiroꝝ iter quos uiuimus  
nō enī usus rege sed libido utētis i culpa ē  
& sic determiat scūs tho. tertia pte. q.li. ar  
ticu.ii. Debēt aut̄ sepeliri i pōtificalibus in  
eo. s. hītu q̄ eis uiuētibus sibi cōpetebat: ut  
no. glo. i. c. nō p ignoratiā. de cōsecre. di.  
i. & i. c. ii. de auct. & usupall. Sed adhuc  
circa pmissa q̄riū cuius ipensis sibi dēant fi  
eri exeqe & ē pūctus satis dubius. Sed dice  
rē q̄ si qdā h̄de relicto decesserit aut alias  
tanq̄ heres aliqs ei successerit ad eū spectat  
onus haꝝ expēsarū funeris & exeqaꝝ nā ē  
onus h̄dis ut i.l. ipensa. ff. de reli. & lūpti.  
fu. & i.l. in iponēda. C. ad. l. fal. in tm̄ q̄ ēt  
an̄ oē es alienū deducit̄ de h̄ditate funeris  
impēla scdm glo. in. l. fi. §. i cōputatiōe. C.  
de iure delibe. ubi aut̄ nullū h̄de habuerit  
aut heres eius ad hm̄oi onera nō sufficeret  
tūc eccl̄a sua ad hm̄oi onera teneret̄: nā cū  
ad alim̄ta fāiliariū relictoꝝ p̄ platū teneat̄  
scdm modū quē supius diximus ut in. c.  
hec huius placiti. xii. q. ii. a fortiori tenebi  
tur in defectū ad exeqas funeris prelato de  
functo faciēdas: ubi uero oīa p̄dicta defice  
rēt dicerē sub correctōe q̄ camera aplīca ad  
hoc teneret̄ sicut & tenet̄ i uita eū sustētar̄  
si egeat ut pb̄at tex. in. c. ubi piculū. §. pui  
sionis. de elec. li. vi. arguēdo p̄ locū a spāli.

Decimo q̄rit̄ an sit licitū appetere cardina  
latū & opā dare ad sequēdū dignitatē illā  
T in hac q̄stione breuiter dicendū  
ē q̄ nō qm̄ dignitatē uel curā aīarū  
illicite qs appetit & magis illicite petit aut  
pcurat ita tenet Inno. i. c. tuā. de eta. & qli.  
quē sequūt̄ cōiter doc. & archi. post doc. i  
c. ordinatōes. i. q. i. cōstat aut̄ cardinalatū nō  
tm̄ eē dignitatē sed summā dignitatē & of  
ficiū in eccl̄ia: ultra hoc etiā hēt curā aīarū  
cū hēt iurisdictōem epalē in ti. suo ut pre  
dictū ē & coopet̄ pape i gubernatōe totius  
eccl̄e: ad idē ēt facit qđ august. dicit. xix. de  
ciui. dei. ubi dicit q̄ locus supior sine quo  
ppls regi nō pōt & si admistret̄ ut decet tm̄  
idecēter appetit̄ cuius rō ē qa q̄ appetit p̄la  
tionē aut̄ ē supbus aut iniustus: iniusticia  
enī ē q̄ aliqs uelit accipe dignitatē qñ scit  
alios eē digniores se ut phūs dicit. v. ethic.  
q̄ aut̄ aliqs extimet se magis dignū p̄platōe  
oībus illis sup̄ quos p̄lationē accipit super

bie & p̄sūptōis est: Vn̄ patet q̄ q̄cūq̄ p̄lati  
onē appetit aut̄ ē iniustus aut supbus & iō  
nullus suo appetitu dēt ad p̄lationē puenir̄  
sed solū dei iudicio. scdm illud apli ad He  
bre. v. nō sibi honorē assumit sed q̄ uocat̄  
a deo tāq̄ Aaron. Ita determiat scūs Tho.  
quodli. ii. arti. xi. & idē tenet quodlib. xii.  
arti. xviii. ubi hoc limitat eē ueꝝ nī casus  
necessitatis occurreret utpote qa nō repire  
tur aliqs q̄ uelit onus p̄platōis assumere uel  
qa ipōit̄ a supior. & sic itelligit̄ illd Esaye  
vi. quē mittā & r̄ndit Esayas ecce ego mitte  
me: Sed illa rō supior nō est mltū cōcludēt̄  
uidelicet q̄ si qs extimat se esse magis ido  
neū aliis est p̄sūptuosus qa īmo q̄ qs cog  
noscat id uirtutis uel excellentie qđ habet  
spectat ad uirtutē scdm phm. iii. ethi. quo  
niā p̄ hoc iuitat̄ ad res p̄claras agendas qs  
ppter pusillanimitatem omittet̄ si excel  
lentiā p̄pam nō cognosceret: Nec dico q̄  
ppter hoc de excellentia supbiat sed i dei  
gloriā totū referat. Quoniā omne datū op  
timū & omne donū pfectū de surſū est def  
cendens a p̄e luminū ut habet̄ i Canoni  
ca Iacobi: & iō magis concludit illa rō quā  
idem scūs Tho. ponit secūda secūde. q. clx  
xxv. articu. i. uidelicet licet pdesse pximis  
qđ inest p̄latū scdm se sit laudabile & uir  
tuosū qa tū p̄platura habet̄ anexam gradus  
celitudinem p̄sūptuosū & abūciosū uidet̄  
quod aliqs p̄platura appetat ppter cōnexita  
tem & idiuisibilitatem quā hoc cāu h̄nt p̄  
esse & pdesse: Nec ob. c. q̄ epatū. viii. q. i. u  
bi ponunt̄ illa uerba apli: q̄ epatum deside  
rat bonū opus desiderat. Quoniā ut Gre  
go. dicit i pastorali: illo tpe hoc dixit apls  
quo ille q̄ plebibus p̄erat p̄mus ad marty  
rii tormenta ducebatur & sic nil aliud erat  
quo i epatu appeti poterat nisi bonū opus

Vndecimo q̄rit̄ an ep̄us sit maior cardinali  
& cui eoꝝ maior reuerentia dēat̄.

T uidet̄ qđ ep̄s sit maior p̄ quo fa  
cit tex. i. c. q̄q. ii. q. vii. & ibi gl. quā  
Hugu. & archi. sequūt̄ur. Item facit tex. in  
c. ii. de offi. dele. li. vi. ubi dicit̄ quod pōti  
fices & ep̄i dñt p̄ aliis honorari & cle. i. de  
peni. ubi papa dicit illos esse colūpnas ec  
clesie & per cōseqns fabrica ecclie initit̄ su  
per illos. ad hoc etiā facit tex. i. c. solite. de  
ma. & obe. ubi extollit̄ dignitas epalis ut  
soli & firmamento cōpararet̄. In cōtrariū  
arguit̄ īmo qđ cardinalis sit maior p̄ quo  
est tex. apertus in. c. i. de offi. leg. li. vi. hoc  
etiā fundatur nam ex persona in quā delic  
tum cōmittit̄ quāt̄itas delicti auges̄ itaq̄

maiis delictū uel maior offensa cēset q̄ in  
maiorē psonā sunt cōmissa: ut i. §. atrox. in  
sti. deiniu. & in. l. oē delictū. §. i. ff. de re mi  
li. & c. sicut dignū in pn. de homi. & c. i. d  
calūp. & cle. i. de pe. Cōstat aut̄ maiorē pe  
nā infligi pcutiēti uel occidēti cardinalē q̄  
cōmittēti filia i ep̄m: ut patet ex. c. felicis. d  
penis. li. vi. iūcta cle. i. co. ti. igit̄ maior est  
cardinalis ep̄o. Itē hoc corroborat: q̄a ipsi  
cardinales de latere pape sunt: ut in. d. c. i.  
de offic. lega. li. vi. & c. excōicatis. e. ti. i. uo  
lūie. & c. decre. ii. q. vi. & p̄ corpis eius. ar. l.  
quisq̄s. C. ad. l. iul. mai. & coopatores pape  
in gubernatōe totius v̄lis ecclē: ut. c. p̄ uene  
rabilē. § rōibus. q̄ fi. su. legi. & c. fundamen  
ta. §. decet. de elec. li. vi. p̄ quo etiā glo. in. c.  
ii. de offi. lega. li. vi. ex q̄bus eoꝝ iminētia  
sup̄ alios ecclē platos inferiores euidenter  
oñdit̄. Itē iduco tex. in. c. ii. de cleri. nō resi.  
ubi ad deponendū cardinalē fuit generale  
cōciliū cōgregatū ppter arduitatē negocii  
ut tradūt ibi Inno. Hosti. & Io. an. q̄ i ep̄o  
nō fieret cū solus papa illū deponer posset  
ut in. c. i. ii. & iii. de trāsla. ep̄i uel elect. & c.  
accusatuſ. & c. dudū. & c. quis. iii. q. vi. cū si  
mi. Itē in hm̄oi precellentiis & honoribus  
uulgaris op̄i. efficacissime opat̄: ut ph̄us  
dicit. i. ethi. & pbat̄ i. l. semp. i. pn. ff. de iur.  
emue. facit etiā qđ no. Inno. c. de mltā. in. fi.  
de pben. Cōstat aut̄ scdm uulgarē & cōem  
op̄i. oīum q̄ maiores reputāt̄ cardinales q̄  
alii archēpi & ep̄i & etiā p̄riarche: ergo ho  
norabiliōes sunt reputādi hoc etiā oñdit̄  
nā i cōspcū pape & ubiq̄ i scribēdo & sedē  
do & icedendo p̄ferunt̄ aliis platis oībus:  
ergo maiores aliis sunt iudicādi: ut in. l. i.  
& ii. ff. de albo scrib. Solu. p̄ ueritate hu  
ius. q. dici pōt̄ q̄ aut cōsideramus majorita  
tē. q̄tū ad ordinē aut q̄tū ad administrationē  
si q̄ramus q̄tū ad ordinē nō est dubiū ep̄m  
esse maiorē cardinali: itēligo tñ de cardia  
li nō ep̄o. Sed de pb̄o uel diacono & sic i  
telligunt̄ iura p̄ p̄ma pte iducta: nullus. n.  
est maior ordine ep̄o nec etiā papa & iō se  
appellat ep̄um ut dicit gl. in phe. li. vi. & in  
cle. i. de penis. appellat alios ep̄os coep̄os:  
Aut q̄rimus q̄tū ad officiū & administratio  
nē & dico cardinalē eē maiorē ep̄o & sic itel  
ligūt̄ iura p̄ secūda parte iducta: & per hūc  
modū dét̄ itēligi quod no. bar. i. l. i. §. si q̄  
i appellatōe. ff. d ap. & ho. & Io. an. i. c. dile  
ctus. el. i. de preb. Ex q̄bus elicit̄ decisio ad  
secundum articul. q. p̄posito: uidelicet cui  
sit maior honor exhibēdus: nā illud est di  
stinguēdū iuxta distinctōne superioritatis  
de q̄ prediximus non enī idē honor ē exhi

hendus oībus q̄ sunt honorādi ut ph̄us di  
cit. ix. ethi. qa alius honor détur p̄i alius  
seni & mḡratui: Ita i p̄ posito est dicēdū q̄  
i celebratōe pōtificaliū officioꝝ maior ho  
nor exhibet̄ ep̄o q̄ cardinali q̄ nō ē ep̄us qa  
in illis maior ē illo & in hoc cāu ē itelligē  
da illa reprehēsio quā facit Hierony. i. c. le  
gimus. xciii. di. ubi reprehēdit morē ec. ro.  
q̄ diaconos suos aliis pb̄is prefert: In aliis  
tñ publicis honoribus & i ecclasticis p̄uē  
tibus plenius rñdebit̄ cardinali q̄ ep̄o: qa  
hm̄oi cardinales pleniorē & superiorem ad  
mīstrationē hñt in re pub. xp̄iana ut supe  
rius dictū ē: ergo i predictis magis dñt ho  
norari Ad quod facit glo. in. c. delibetati  
one. de offic. lega. li. vi. q̄ dicit q̄ licet archi  
pb̄ sit maior ordie archidiacono qa tñ ar  
chidiaconus ē maior administratiōe preferri  
dēt archipb̄o. Facit etiā q̄ ph̄us dicit. iii.  
poli. ubi uult q̄ hñtibus maiorē administra  
tionē in re pub. maior dēt honor exhiberi  
& itēludit̄ ibi exemplū de distributiōe fi  
stular̄. Nec ferendi sūt nonnulli q̄ canino  
dente detrahūt cardinalibus p̄ eo q̄ astutia  
sua & exteriore qđā oñtatōe dicūt eos aux  
isse dignitatē suā cū illa ex se sit excellenti  
ssima & maximo honore extollenda: īmo  
& hoc ipsū quod illi emuli eis obiiciunt ce  
dit in cardinaliū laudē nā preses. puīcie de  
bet ingenio augere dignitatē suā ut iuris  
cōsultus dicit in. l. obseruādū. ff. de of. pre  
sidis.

Duodecimo q̄rit̄ an in generali dispōe cō  
prehendant̄ Cardinales.

Olivit Io. mo. in. c. ad succidendos.  
de scisma. li. vi. quod nō & sic dicit  
fuisse declaratū circa reuocatōne expectati  
uaꝝ quā fecit Bonifa. de q̄ in. c. fi. de cōce:  
preben. li. vi. s. quod nō icluderet cardinales  
Nec ob. secūdū eū quod i generali dispōe  
includunt̄ episcopi qa maior est rō quod  
cardinales nō icludant̄ nā q̄to uici oneres  
sunt pape tātominus uidet̄ presumendū  
quod uoluerit papa eos pena ligare seu a  
stringere: unde cardinales sunt uere p̄es cō  
scripti in diadematē p̄ncipis. instit. q. mo.  
ius. pa. po. sol. §. filiuſſamilias. & sunt pars  
corporis eius. vi. q. i. si quis cū militibus:  
C. ad. l. iul. maie. quisquis. & sūt spāles frēs  
p̄ncipis & plus aliis p̄uilegiati ut in. c. i. de  
offi. lega. li. vi. innuit̄ cōtrariū in illa qōe an  
legatus de latere possit facere cōmendā cō  
tra tenorem illius. c. & idem Io. mo. i extra  
uagā. excōicamus. bonifa. viii. Dicit q̄ sub  
appellatōe clericōꝝ cōprehēdunt̄ cardina  
B. iv.

les qñ factū super quo dispō prohibet i se  
malū ē qa tāto grauius peccat qto maior ē  
qui cōtra facit. xl.di. hō xpianus. & tradit  
p glo. i.c. cū qdā. de iureiurā. secus aut ubi  
dispō fit sup actu als de se non dāpnato. &  
finalr dixit q nō sit standū dicto suo posi  
to in all. c. unico. de scisma. qm erat cardia  
lis & sic tanq i cā ppa nō erat sibi credēdū  
ut in. l. nullus. ff. de testi. & l. oibus. C. eo.  
unde cōclusit q cōstitutō etiā pena loqns  
de clericis icludit cardinales licet nō expri  
matur dūmō cōstitutio sit eis pportiōabi  
lis & generalr loquaf. ar. xvii. q. iiiii. si quis  
suadēte. & p hac pte iduco id qd no. oldr.  
cōsi. ccxi. ubi dicit q generalr suetudo aut  
dispō loquēs de curialibus icludit cardina  
les. Aduertendū ē tñ qa pro ueritate huius  
materie posset distigui p hūc modū :quia  
aut lex uel alia dispō loquit p uilegiatiue:  
& tūc etiā cardinales cōphēdit cū illi ut po  
te plus in uinea dñi laborātes & ro. pont.  
coopantes maioribus déant attolli fauori  
bus ut in. c. i. de offi. leg. li. vi. & in. l. ius se  
natoris. C. de digni. li. xii. aut loquit pena  
iponendo: & subdistingue qa aut odiū est  
rōnable aut irrōnable: si odiū ē rōnable  
& tūc illi icludunt ad qd faciūt no. in si. in  
l. qcūq. C. de ser. fug. p bal. in illa materia  
an genus masculinū cōphendat femininū &  
p bar. in. l. i. ff. de uer. sig. & p archi. in. c. si  
qs suadēte. xvii. q. iiiii. & p nouissime scri  
bētes in. c. mulieres. de sen. ex. facit tex. i. ar.  
in. d. c. si qs suadēte. xvii. q. iiiii. iūcto. d. c.  
mulieres. & l. si quis id qd. ff. de iu. om. iu.  
ad idē iduco tex. in extrauagā. execabil. in  
pn. ubi p eo q odiū illud rōnable erat cō  
tra plura icōpatibilia obtinētes icluderēt  
cardinales nisi fuissent put fuerūt noſatī ex  
cepti: aut cōtinet odiū irrōnable & tūc aut  
loquit generalr ut si qs fecerit uel nllus fa  
ciat zc. & crederē cardinales etiā cōphendi:  
cōstat eni q cardinales sunt subiecti pōtifici  
& q lex generalr disponēs oēs subditos cō  
phēdit: nā ut dicit apls ad ro. iii. qñ lex lo  
quit his qui sub lege sunt loqt. & c. i. de  
ost. canonū statuta ab oibus custodiāt: &  
l. cūctos pplōs. C. de sū. tri. nec ppter emi  
nentiā dignitatis sue excusant qn legibus  
astringāt: nā & si Augusta una caro sit cū  
Impator & radiis dignitatis ipius fulgeat  
& hēat p uilegia q hēt pnceps. ff. de iure fis.  
l. fiscus. §. fi. Legibus tñ ipialibus astringi  
tur ut in. l. pnceps. ff. de legi. p quo etiā fa  
cit nā & cōsiliarii pncipis de latere eius sūt  
& ps corporis eius iudicant ut i. l. qfquis.  
C. ad. l. iul. maie. sicut & cardinales sunt cū

papa nullus tñ usq nūc ausus fuit dicēt q  
ppter ea legibus essent absoluti: nec etiā ex  
cusant cardinales ppter ea q cū papa i con  
dēdis legibus iterueniāt. nā & si pceres &  
cōsiliarii déant cū pncipe in legibus cōdē  
dis cōcurrere ut in. l. humanū. C. de leg. ut  
salubres cēsāt leges tā maturo digeste cō  
filio ut ibi subiūgit imo cū maioribus na  
ctu plebes etiā déant cōcurrere i legibus cō  
dēdis ut in. c. lex ē. ii. di. ut q oēs tangit ab  
oibus approbet ut in rla q oēs. de re. iu. li.  
vi. & i. c. si archieps. de tép. or. nō tñ ppter  
illi legibus sunt soluti: preterea solius pnci  
pis hoc ē ut legibus sit solutus. ut i. d. l. pnc  
eps. & in. l. digna uox. C. de legi. & i. §. fi.  
inst. q. mo. te. ifir. ergo oēs alii legibus sub  
sunt qnimo ipē pnceps arta lege & si nō  
quo ad vī coactiuā qa nō hēt iurisdictōem  
in seipm cū iurisdictō p supponat. supiore  
liga tñ lege sua quo ad vī directiuā iuxta  
illud sapi. Patere legē quā ipē tuleris. Ita te  
net scūs tho. pma secūde. q. xcvi. arti. qnto  
Vnde & si papa faciēs cōtra canonē non li  
getur pena tpali inficta p canonē qa tñ rō  
sup q lex fundata ē ligat illū si rō naturalē  
peccaret otra faciēdo & si peccatū suū i pub  
licū pdiret eo magis esset graue quo alios  
scādalizaret. iuxta illud ue hōi illi p quem  
scādalū uenit & expedit ei ut suspēdat mo  
la asinaria in collo eius & demergat i pfū  
dū maris. ut hēt Math. xviii. p eo q ruina  
platoꝝ laqueū iferioribus ponit. nā quod  
agis a platis facile trahit a subditis i exem  
plū ut i. c. magne. de uo. & iō tot mortibus  
digni sunt quot ad subditos suos pditiōis  
exēpla trasmittūt: unde necesse ē ut tāto se  
cautius a culpa custodiāt quāto ppter pra  
ua q faciūt nō soli moriūt. xi. q. iii. c. preci  
pue. & ex his peccatū platoꝝ qd i publicū  
pcedit aggrauat ut i. c. hō xpianus. xl. di.  
& p glo. i. c. cū qdā. de iureiurā. aut hmōi  
dispō nō ē sic generalibus uerbis concepta  
sed specificat psonas & tūc exp̄ssis minori  
bus qbuscūq etiā si ep̄i & archiepi ex̄pmē  
renē mīme cōphenderēt cardinales cū sint  
maiores ut supra latius i arti. pxio pncipa  
li deductū ē. Pro q cōclusiōe facit. c. sedes.  
de rescrip. & cle. nō pōt. de pcu. & no. p In  
no. i. c. dilectus. de cōce. pbe. & glo. i. c. scrip  
tū. de elec. Vnū tñ iuxta hoc generalr tenē  
dū ē q ubicunq ageret de uiolando p uile  
gia cardinaliū q tūcūq generalr eēt dispō nō  
cōphederet eos nisi specificā de cardinalibus  
faceret mētionē. ar. opt. i. l. decurionibus. i  
pn. C. de silētia li. xii & ex hoc ultio posset  
ifirri qd cū cētus cardinaliū ap̄lissimo cetui

senatoribꝫ eq̄pareſ & eisdē p̄uilegiis gaudeat ut i.c. cōſtātinus. xcvi. di. ad qđ faciūt not. p In no. in. c. cū te. de re iu. & archi. ii. q. iii. §. hinc colligit. & iure ſit cautum q̄ ſenatores ad extraordinaria munera & alſ ſiles ipoſitiōes nō tenent ut i.l. ſenatoribꝫ. C. de dig. li. xii. q̄ ſub q̄cūq̄ generali ipōe decie uel ſubſidii aut hu iuſmōi extraordiarioꝫ munera nō includūt cardinales niſi de eis noſiatī & ſpecificē mētio fiaſ p̄dicta.

Tertiodecimo quero de p̄uilegiis cardinaliū

T dicas q̄ in ml̄tis ſūt p̄uilegiati. Pri mo qa ſi ſint legati ſedis aplice trāſeu tes mar̄ utūt uestibus rubeis palafredo albo & freno & calcaribus deauratis. Itē & ſine literis credit cardinali afferenti ſe legatū ut i.c. nobilifſimus. xcvi. diſti. Iuxta hoc tñ dic: q̄ aut cardinalis dicit ſe legatū & credit ſibi maxime qa nō oſueuerūt exire curiā pſertī ad partes remotas ſine legatōe & ſic itel igitur. d.c. nobilifſimus. Vnde i eis nō eſt neceſſaria illa práctica q̄ i aliis nuntiis p̄ncipū & legatis ob ſeruari dēt q̄ qñ pueniūt ad p̄uiciā ad quam mittunt dñt facultatē ſuā notā facere i curia pſidis p̄uincie quo factō credit illi officiali p totā p̄uiciā ut pbat tex. in auten. de colla. §. poſt eos. col. ix. bar. tenet idē i.l. phibitū. C. de jure fiſ. li. x. Sed ſi cardinal diceret aliqd ſi bi p ſpāle facultatē cōcessū qđ i generali legatōe nō ophendit nō credit ſibi niſi p l̄as fidē plenā faciat ut no. Io. an. poſt Hosti. in. c. i. de offi. lega. li. vi. Si tñ publice fecit hmōi actus & nō ſel ſed pluries pſumit q̄ habuit manda tū qđ afferit & ualēt gema nō tñ ſoe cōiſ erroris ſed potius ſoe pſupte ueritatis i executiōe talis & tāti uiri ut no. de in. inte. reſti. tū ex literis. ſcdm bal. in. l. exéplo. C. de pba. Bart. tñ in l. unica. C. de ſup indic. li. x. reprobat hanc op̄i. cano. i eo q̄ dicūt q̄ credat cardinali dicēte ſe legatū & dicit illos dicere cōtra tex. i. d. l. unica. ubi nō credit p̄fecto p̄torio: ſed ego te neo op̄i. p̄dictā cano. nec ob. otrariū qđ inducit bart: nā ēt ſi quo ad alia eēnt equipati cardinales & p̄fecti p̄torio exquo tñ exp̄ſſa dīa in hoc repit p iura ſupius ſducta nō ē ab eq patis arguendū iuxta gl. c. cōſtitutōem. de regula. li. vi. potes etiā alr dicere q̄ illud otrariū loquit̄ i referuatis p̄ncipi in qbus etiā cardina li nō ē credēdū ut p̄diximus pſertī ubi agit de alioꝫ p̄iudicio ut erat in. d. l. unica. ad qđ facit glo. c. ſicut. de ſen. ex. Aut afferit ſe dele gatū pape & maxie cū dicit papā ſibi uiue uo cis oraculo negociū aliqd omissis & eo cāu ē ſibi credendū ſcdm anto. & abb. in. c. qđ ſup his. de fi. instru. cū enī credat ſibi circa maio ra. ſi afferat ſe legatū ut p̄dictū ē. fortius er

go circa mīora arguēdo de toto ad ptē. ar. in c. pastoral. §. Itē cū totū. de offi. del. hoc idē p bat tex. i. d. c. qđ ſup his. nā cardinali nō pōt ab ſolute ſuoto ultramarī ſine ſpāli lnīa pape de q̄ ibi nō fuit facta fides ſed hīta fuit fides l̄is cardinalis afferētes hoc ſibi fuſſe omissū & maxie qa hmōi omissiōes quotidie ſiūt cardinalibus i curia: ſi tñ attēſtareſ ultra generalē omissiōne in p̄iudiciū partis nō eēt ſibi credēdū. ſaſit p hoc glo. i.c. ſicut. de ſen. exc. pbat tex. c. cū a nobis. de testi. &. c. licet ex qđā. eo. ti. & ſic dicebat clemēs papa q̄ de rigore iuris in alterius p̄iudiciū eis nō erat credēdū: ut refert Io. an. in. c. cōſtitutus. de appel. & ſpe. ti. de testi. s. i. versiō qđ ſi aduocatus. & ſcdm p̄dicta poteris itelligere no. per Inno. i.c. cū olī. el. i. de p̄ui. ubi dicit uerbo cardinal fore credēdū. dēt enī diſtīgi ſcdm p̄dicta eo maxime qa licet Inno. illud colligat ex illo tex. ſaluo tñ iudicio meliori ille text. hoc non p bat cū ibi nō tā per assertōes cardinaliū q̄ per depōes testiū iuratoꝫ fuit facta fides itaq̄ ad plenā fidē depōis testiū accessit tanq̄ magis i p̄ugnāſ. pbatōem assertio cardinaliū nō tñ tā q̄ per ſe p̄bans. Itē ſunt p̄uilegiati qa reſidentes i curia ro. cardinales excuſant̄ a reſidētia in ſuis beneficiis faciēda cū enī aſſiſtētes pape q̄ oīm eccliaꝫ gerit ſollicitudinē ut i p hemio. li. vi. & de cēli. cū iſtātia. ſinglīſ ecclīſ ſeruire intelligent̄ de cle. nō re. c. cū dilectus. ac cōſtet i p̄os cardinales cooperatores eē ro. pont. in gubernatōe v̄lis ecclē de ele. ſūdamēta. li. vi. & ſibi eē collaterales de off. lega. c. pe nūlt. & eo. ti. c. i. li. vi. merito cōcludit̄ eos in ſuis beneficiis cēſeri reſidētes. nec ob. tex. i.c. ii. de cle. non re. ubi ppter nō reſidentiā fuit cardinalis p̄uatus qm̄ ille de quo ibi nō aſſiſtebat pape nec reſidebat in ti. ſuo. Ita tenet Io. an. in addi. ad ſpe. ti. de cle. non reſi. in fi. An aūt familiares cardinaliū hēant hoc idē p̄uilegium ut nō teneāt reſidere in ſuoiſ ſuis & non reſidentes percipiāt fructus beneficio rum ſuoꝫ. Dici pōt q̄ ſuper hoc eſt oītutō p̄mulgata q̄ eodē p̄uilegio familiares q̄tum ad hoc gaudere habēt & de oſuetudine ſic ſeruat ſecundum Ho. in. c. cum dilectus. de cle. non re. ſed Io. an. ibi dicit uerius eē q̄ oībus cardinalibus ſuper hoc p̄uilegio ſingulariter cōcedat & per hoc iñuit̄ q̄ de mero iure cōi circumscripto de p̄uilegio hoc nō haberēt & credo hoc uer̄ eē nā p̄uilegium non dēt extēdi ultra exp̄ſſum ut in. c. ſane. &. c. porro. de p̄uile. Nec ob. ſi uelis arguere q̄ eō hoc concedit nā nō in dr̄niter ei dat̄ p oībus familiaribꝫ ſed ſeruata limitatōne. c. decetero. &. c. ad audientiā eo. ti. eo maxie qa p̄uilegia etiā

corpore iuris clausa nō extēdūt ad nō exp̄ssa  
etia p idēptitatē rōis ut pbat tex. aptus i.c.ca  
nonica .de sen.ex.licet glo.tenuerit ɔtrariū &  
male in.c.cū illoꝝ.de sen.ex. Itē sunt spāl p  
uilegiati ɔtra offēsores suos p tex.in.c.felicis  
de penis.li.vi.ubi grauissime pene irrogant  
his q pcutiūt aut capiūt uel als psequūt Car  
dinales san.ro.ec. Itē sūt p uilegiati quoad de  
cretū.c.qa piculosū.de sen.ex.li.vi. uidelicet  
ut in snīis generalibus suspensiōis ipi nō iclu  
dunt scdm Io.an.in add.ad spe.ti.de lega.s.  
seqꝝ uidere.& i.d.c.qa piculosū.& Hosti.i.c.  
ii.de cler.non re.Sed ego putarē ɔtrariū non  
enī licet extēdere p uilegia ad casū nō exp̄ssū:  
ut pauloān diximus ɔstat aūt q decret.qa pi  
culosū loqꝝ de ep̄is & nō de cardinalibus igi  
tur nō dēt extēdi ad cardinales saltē q nō sunt  
ep̄i: preterea & si uelles ea ad cardinales exten  
dere ex idēptitate rōnis qđ in p uilegiis nō ad  
mittit ut dictū ē adhuc repies nō eē eandem  
rōem nā ibi cōcedit illud p uilegiū ep̄is quia  
piculosū eēt eis suspēsionē icurrere ppter exe  
